ludum. Est igitur intellectus habet se perfectus
homo habens bona predicata si dat se seculo
potest defacili deprauari ad malum. Quare
Certe quia fasciatio. id est occulta et infecta
deceptio nugacitatis. id est uanitatis mundanorum
nove sed uane loquentium obscurat non
extinguit statim bona predicata naturalia
gratuita et moralia. sed primo obscurat ista.
quia facit hominem quasi fasciatum et ludificatum
Vnde ad gala. vi. Quis uos fascinauit.
uirtuti non obedire. id est decepit. et sic
homo existens in peruersa societate uidet
valde bene. quod alii male agunt sic
tamen effasciatur quod apparet sibi pro-
tunc gratia societatis similiter esse faciendum.
Vnde iudicium suum non est extinctum
sed quodammodo ludificatum. id est obscuratum.
et hec est causa quare prudentes mundi
aduertunt se esse in piculis magnis aliqui
cum cardinalibus aliqui cum regibus. aliqui
cum episcopis. et tamen non possunt se euellere.
Effasciati enim sunt antiqua societate per
quas obscurantur bona naturalia gratuita
et moralia. Secundo agens corruptio
uirtutum est varia mutatio uoluptatis
siue transitoria delectatio rei sensibilis
Si enim homo haberet precipue resiste

re quā moras in seculo vni generi voluptatis esset certe tolerabile malū. s3 modo sic est q̄ vna tēptatione scdata sine mora surgit alia vel enī intrabit cōuentū potatorū vel lubricorū vlam biciorū vel detractorū vel cupidorū velit nolit si se multū p̄misceat mūdo et tūc est vehemēs labor in tā cōtinuis luctis reportare victoriā. Et ideo si grāter dicit in lra hoc quod frequenter contingit q̄ incōstantia cōcupiscentie subuertet sensū sine malicia. i. sensus innocētis. Et bñ dicit subuertit sensū Sensus enī habet naturalē appetitū vt regat̄ ratione. vnde lumē rationis debet p̄cedere sensū. qñ aut sic est q̄ sensus p̄cedit rationē. sensus trāsuertit̄ et puertit̄ et hoc facile de sensu sine malicia. i. de sensu innocētis nō expti maliciā aliorū a. ¶ Obscurat bona. Nota q̄ circa discretiōnē bonorū decipit̄ iudiciū mūdānorū. Cū ei tria sint bona. gratie. nature. et fortune. bona fortune minima. bona nature media. bona vero gratie maxima. scdm Aug. et tñ mūdāni nō sic iudicat̄ sed potius ecōuerso. Exēplū de diuite. Luce. xii qui dixit aie sue. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos req̄ esce comede bibe et epulare. Et dixit ei deus. Stulte hac nocte repetēt̄ aiam tuā a te. Que parasti cui⁹ erūt̄. ¶ Et sic est ois qui thesaurizat: s3 nō in deū Diues igit̄ iste licet diues tamē stult⁹ et decept⁹ fuit iudicans tēporalia esse bona magna cuz illa tantūmō magna sūt quib⁹ homo efficiē diues in deum Mathei. xii. Bonus hō de bono thesauro cordis sui profert bona. Causa vero deceptionis istī⁹ quare sc3 hoies bona t̄palia iudicat̄ eē magna. spūalia vō cuiusmōi sūt vtutes minima: acci-

pi pōt p̄ exēplū qd̄ ptingit̄ i visu qñ ei oclus videt̄ rē p̄ mediū diuersarū dya phaneitātū cōiter valde male iudicat̄ de ea sicut p3 de baculo cui⁹ vna ptēvi det ocls p̄ mediū aereū. alia p̄ mediū aqueū. ideo iudicat̄ q̄ bacul⁹ sit fract⁹ Eodē nō qñ ocul⁹ vidēs ē i medio rariori. et res visa in medio dēfiori. res visa appet̄ maior q̄ sit. ¶ Sicut p3 de denario visu s̄b aq̄. qñ at̄ ecōuerso oclus vidēs ē i medio dēfiori et res visa i medio rariori res visa appet̄ mior q̄ ē sicut stelle q̄ sūt maxia corpa p̄te nob̄ apparēt nō solū p̄t̄ distātiā s3 p̄t̄ subtilius mediū i q̄ situat̄ et p̄ qd̄ vidēt̄ qd̄ est mltō subtili⁹ q̄ aer in q̄ est ocls n̄. Vidēt̄ ei mediāte spa ignis q̄ ē subtilior et rarior q̄ aer. Et mediātib⁹ sp̄s celestib⁹ q̄ sūt maioris dyaphoneitātē et trāsparetiē q̄ sit aer. Isto mō moralit̄ extiora bōa cū sint corpalia et delectationes de eis accepte sint corpales q̄ sūt in reb⁹ grossiorib⁹ q̄ ocls mētis q̄ est intellect⁹ pur⁹ et imaterial̄ sicut d̄. 3. de aia. iō vidēt̄ grossiora q̄ sūt bōa vō grē cū sint spūalia et cōsolatiōes de eis accepte sit spūales. a deo q̄ ē sūme spūritualis nob̄ imisse. iō vidēt̄ miora q̄ sūt. et iō signat̄ d̄. puer. xvii. Qui peruersi cordis ē nō iuēiet bonū. Iob. ix. dies mei velociōres fuerūt cursore et nō viderūt bonū. ¶ Scdo decipiūt̄ mūdāni mltō turpi⁹ estimātes voluptates carnis et delectatiōes bonū hois p̄ncipale: cōtra q̄s Sene. epla. iiii. rōnabilit̄ arguit duplicit̄. Primo mō: aut ista bōa nō sūt q̄ vocāt̄. aut hō felicior est deo. qm̄ q̄ pata sūt nobis nō hēt in vsū de⁹. nec ei libido ad illū p̄tiet nec epularū lauticia nec opes. nec qcqd̄ ex eis homines iestimātib⁹ et vili vitā voluptate ducētib⁹ h̄re p̄tinet s3 i possibile ē bo-

na deo de esse q̄ ista false vocāt̄ bona. Scdo sic arguit q̄ mltā q̄ mali bona videri volūt̄ aialib⁹ pl⁹ q̄ in hoib⁹ plenior raptingūt̄ illa cibo auidi⁹ vtūt̄ venere nō eq̄ fatigant̄ vis illis maior est et eq̄ lior firmitas. sequit̄ q̄ mltō felicitiora sūt hoie. Et subdit. nō ē sūma felicitas n̄ra i carne n̄ra ponēda. Bona illa sunt vā q̄ rō dat solida et sempiterna. ¶ Itē Seneca dicit q̄ felicitas ē perfecta rō consummata vtutib⁹. Vñ dicit Ratio p̄fecta est p̄p̄riū bonū hois cetera illa cū aialibus sūt cōmunia. videlz leo formosus est pauones. velox est equ⁹. Quid est in hoie p̄p̄riū ratio. qñ ergo p̄p̄riū hois est p̄fectū. hō est perfectus quia vni quodq̄ tunc est perfectū qñ sua p̄p̄ria perfectio est bona. et ideo michē. vi. dicit̄. Indicabo tibi o homo qd̄ sit bonū: qd̄ dñs de⁹ tu⁹ q̄rat a te. vtq̄ facere iudiciū et diligere miaz et sollicitē abulare cū deo tuo De filio icōstātie nota Boeciū in de disciplina scolariū i fine vbi narrat devno qui oia voluit scire vno respectu: s3 q̄ nō potuit in fine voluit eē asin⁹ postq̄ omne genus humanum expertus est

LECTIO. LII.

¶ Consummat⁹ in breui expleuit tēpora mltā. Placida enī erat deo aia ei⁹. p̄pter hoc p̄peravit educere illū de medio iniquitātū. Postq̄ spūitctus duas causas assignavit q̄ iustiviri aliquoties subtrahūt̄ a vita ista etiā in iuuenili etate videlz dinā amicitia et mūdānā maliciā. Hic p̄r assignat tertiā sicut sup̄ius fuit diuisū videlz p̄sonalē iusticiā. Et circa hoc duo facit q̄a p̄mo exp̄mit cause cōditionē. scdo effect⁹ p̄secutionē. scda pars ibi. Prop̄ hoc. Circa p̄mū dicit sic. Cōsummat⁹ in breui expleuit t̄pā mltā. In p̄grios

ad vnū locū eūtes differētia est in tarditate et velocitate. Nā vn⁹ aliqñ facit tantū in mēse q̄tū ali⁹ in dimidio āno Sūt ei qdā peregrini q̄ peregrinationem faciūt delicate diu dormiūt. De mane et fero cito cubāt de nocte. faciunt dietas paruas et visitāt curiositates vicinas et tales sūt necessario tardi viatores ¶ Peregrini sum⁹ oēs. in p̄s. peregrin⁹ et aduena sū sic oēs p̄res mei. Cōtingit aut̄ q̄ aliq̄ diu vadūt. s3 tarde: q̄a diuiviūt sed remisse et tarde p̄ficiūt. Aliq̄ modico t̄pē vadūt. s3 velocit̄ sicut iuuenis itēse deuot⁹ q̄ pl⁹ ap̄ deū meref̄ in anno q̄ vn⁹ senex remis se viuēs in decē et de tali iuvene moriente verificat̄ text⁹ lectōis. Cōsummat⁹ in tēpore breui et. Inter stellas erraticas illa que est hūilior sicut luna i breuissimo tēpore. quia in mēse p̄plet cursū suū et illa que est altissima tardissime p̄plet cursū suū sicut patet de saturno qui cursū p̄plet in triginta annis. Sic persone hūiles mot⁹ suos in deū paruo circulo cōplēt. Persone vero alte et nobiles nisi meli⁹ sibi p̄spiciant in magno circuitu cū ip̄is abulant et ideo tarde mouēt̄ in deū. et ali qui nimis tarde quib⁹ t̄mēdū est. p̄tra quos dicit̄ Eccl. v. Ne tardas conuerti ad dominū et ne differas de die in diem. In grauiā et leuiā ascēdētia illud dicit̄ eē maioris vtutis qd̄ in miori tēpore mai⁹ mediū diuidit. Mediū per qd̄ trāsim⁹ ad celū est mūd⁹. vnde ille q̄ mūdū breuiori tēpore diuidit et per trāsit̄ ascēdēdo nullū dubiū est qñ sit maioris vtutis et amoris ad deū p̄p̄ qd̄ iuuenes vt mūdū sentiūt difficulitates et resistētias statī ip̄m reliquūt et ad religionē p̄fugiūt magne vtutis se fu ille onidūt et de ql̄bet tali dici pōt q̄

consumatus in breui: explebit tempora multa. Et bene dicit quod consumatus sicut mali quatuor diu uiuat. sepe sunt consumati et imperfecti. ita iustus licet paru uiuat. tamen propter iusticiam consumatus et perfectus dicitur ideo benedixit de iustis superius. Confringent rami consumati. Et per oppositum Sapientia xv. Nolle enim te iusticia consumata est quod potest exponi de perfecta in seculo penitentibus si tamen assit gratia uehementia penitenti. Scribit enim sextus iulius strategematon libro. iii. ca. p. de marcho cathone tale belli cautela. cum esset in hispania et uideret se quoddam oppidum posse occupare: si illud ex inopinato iuaderet: simulauit se quatuor diebus fugere et subito in hostes uersus biduo peruias difficiles seque motes et neora rediit et hostes suos nihil tale metuens oppulit. Causa uero tam facilis euentus regentibus locis iam uictoribus respondit tunc illos uictoria adeptos cum quatuor diebus arripuerit. Moraliter quod per quatuor dietas elogamus nos a deo peccato cogitatione locutione opere et omissione sicut communiter confitemur. reputamus demones se securos quod oppidum celeste nobis intruderit quod tamen desideramus acquirere. Quid ergo restat facere? Certe nihil aliud nisi fugam peccatorum quatuor diebus. biduo recopescere et ad deum redire quamuis autem per quatuor uidelicet cogitationem locutionem operam et omissionem recessimus: possumus tamen si uelimus in duobus diebus redire uidelicet per contritionem et confessionem. Nam satisfactioem condignam necessario non exigit deus sed per multiplices indulgentias et pietatis opera redimere possumus si uelimus. Qui ergo ueraciter penitet per tempus breue pro peccato mortali pro quo penitentia per tempus perpetuum debebat. uere

consumatus in breui: explebit tempora multa. Et ideo tam de sic penitente quam innocente subiugit. Placida enim erat deo anima eius. i. Placuit deo iustus innocentem uiuendo aut ueraciter penitendo quia sic est. ideo propter hec promissum uidelicet diuinam iusticiam suscipiente ad prima: mundam maliciam alliciente ad crimina et personales iusticiam sufficientem ad merita. propterea uideat deus educere eum de medio iniquitatum. i. placuit deo propter ista educere eum de loco certaminis mundi sicut uictor in palestra qui omnes contrarios proiecit educit de medio circumglia et datur ei coronam. De medio iniquitatum. i. demonum et hominum puerorum et maxime maiorum qui magis sanctum uirum impediunt quam demones. Unde crisostomus in opere imperfecto. Ome. xliii. Attendite uobis ab hominibus quasi a quibusdam pessimis malis. **B.** Et super omnia mala malis homo est enim pessimum malum. homo enim malior est quam diabolus. Diabolus si uideat iustum non est ausus ad eum accedere. homo autem malus quousque homines iusti iudicet non solum illum non timet sed magis temptat. Non enim diabolus homini prestat uirtutem sed homo diabolo. arma enim diaboli est malus homo. sicut enim homo sine armis non potest facere contra hostem. sic diabolus sine homine malo non potest aliquid contra homines sanctos. hec ille Placida enim erat anima eius deo. **N.** Notandum quod anima humana placida et deo preciosa iudicatur ex tribus uidelicet ex eius dolorosa amissione. ex eius diligentia acquisitione. et ex eius carissima redemptione. Primo ex eius dolorosa amissione sapiens ei non multum dolet de amissione peccatorum. Christus autem sapiens dei patris. pro se dolere probauit de amissione paucarum animarum quam si totum mundi aurum perdidisset. nam multa talia auri perditia sunt suo tempore ciuitates

conuulsa pro quibus christum nullatenus uisum legimus sed certe de amissione animarum paucarum in ciuitate hirs legimus eum fleuisse Luce. xix. Videmus ciuitatem fleuit super illam. Glosa Plangit reprobos etiam qui nesciunt cur plangebant. sed exultant in rebus pessimis. christus igitur amat animam. Sapientia. xi. in fine. Parcas autem oibus quam tua sunt domine qui amas animas. **S.** Secundo patet idem ex eius diligenti inquisitione. sapiens enim non curat si perdidit aliquid uile. sed christus in partibus remotissimis animam perditam que fuit diu etiam quia. xxxiii. animas laboriose: quia in paupertate uilitate et labore. fingunt fabule quia Orpheus qui uixit uxorem suam ubique nec eam inuenit donec ad infernum descendit ita christus dum animas humanas. xxxiii. animas que fuisset tandem mortis descendit ad inferna et ibi eam inuenit. ps. Domine eduixisti ab inferno animam meam. **T.** Tertio patet idem ex eius cara redemptione pro qua redimenda christus uideat totum mundum non sufficere dedit semetipsum. p. ad Corin. vi. in fine. Empti estis pretio magno. Habet ergo deus animam humanam sibi ualde preciosam in cuius signum in scriptura dicitur deus animas custodire. Nobilis non custodit res immediate nisi sibi carum uilium enim rerum custodia datur famulis. Isto modo temporalia deus hominibus etiam malis custodienda committit animas uero sue proprie custodie dereliquit. ps. Custodit deus animas factorum suorum. et Sapientia. iii. **I.** Iustorum anime in manu dei sunt. Sicut autem deus maxime caram habet animam humanam ita per omnia mala homines animas suas perpendunt. cito mundum totum lares suos si sedantur animas suas parum

curant. unde Augustinus in quodam sermone. Quid est quod uelis habere malum dices mihi: quod nihil oino: non uxorem. non filium. non filiam. non seruum: non ancillam: non tunicam. postremo non caligam et uis habere vitam malam. ps. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. De numero autem hominum puerorum aliquid animas suas uendunt: aliquid perdit: aliquid ignorat: aliquid per nihilum datur. Uidentur cupidi quod per diuitias huius uite exponunt se rapinis furti per uisum falsis mercatoribus symoniis: huiusmodi. Ecclesiasticus. x. Non est iniquus quam amare pecuniam. Hic euenale animas suas habet. **S.** Secundo sunt aliquid quod animas suas perdit: sunt otiosi negligenter uiuentes: accidiosi ad omne opus bonum non curantes nisi quod una dies vadat et alia succedat. Ecclesiasticus. xx. Est quod perdat animas suas per confusionem. **T.** Tertio sunt aliquid qui animam suam impignorant. ille enim qui ignorat rem suam non intendit alienare dominium per semper sicut tantum ad tempus alienat ad usum. Et quid faciunt istis demones? quasi eorum feneratores dant ei ad tempus mutuo. quicquid uolunt dignitates. diuitias. et voluptates tandem fenescunt et sunt debiles soluere non possunt quia uita consuetudine dimittere nequeunt. et sic finaliter perditur licet tamen illud quam impignorare incipiunt perdere non proponant. **E.** Est tamen notandum quod duo genera hominum animas suas impignorant sed diuersimode quia aliqui uiciose per uoluptatibus huius uite. De quibus dictum est. Aliqui uirtuose ut sunt plati et curati qui animas suas obligant pro animabus subditorum. quorum uincum dicitur

tur cum cura sibi committit illud. ii. regum. xx. Custodivir istum demonstrato suo subdito q si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illi. Quarto sunt aliqui q animas suas pro nihilo dant et sunt specialiter invidi et iracundi. Nam cupidus incipit ditias. lubricus voluptates. superbus et abiciofus honores. gulosus cibum et potum. scilicet isti miseri nihil rapiunt delectabile: scilicet amaritudinem et dolorem et ideo animas suas gratia dant diabolo. de quibus quilibet verificat illud. Iudicium. ix. animas suas dedit pro oculis. **LEC. LIII.**

Quod populi autem videtes non intelligetes nec ponetes in precordiis talia. quoniam gratia dei et misericordia in sanctis eius et respectus in electos illi. Dina passio et punitio electorum suorum gubernatio a malis hominibus multipliciter iudicatur. Solent autem specialiter arguere deum de iniusticia homines scilicet de eo quod iustos in preceptis permittit affligi et perisibilem occidi. iniustos vero delicate et diu perisitivimere in iugitate. Istud mirabile quod videtur de preceptis in malos prosperari facit et permittit et bonos contra et contra in terra movit tamen phos qui poetas quod quidam deum habere punitivam curam de rebus inferioribus negaverunt et omnia ista inferiora dixerunt pro fortuna et casu irrationabiliter agitari. In quibus persona exclamat boeci. i. de consolatione. v. O stelliferi perditores orbis. Vbi perisitivimere et dicitur dicere. et quod res rationis a persona que deus motus corporum celestium solis lune et siderum ita uniformiter regulat quod omnia certa lege continentur. et eodem modo arbores fructus et semina que nascuntur in terra. quare inquit soli homines videtur a divina providentia sequestrari et fortune committi ad regendum. Quod ex hoc patet videtur quia iniusti iustis dicitur et reprobi vero tuos. Istud autem errore secuti sunt iniusti perisitivimere quod spiritus sanctus arguit in libro q nulla alia vita sperantes nisi

ista precepta. illos iudicaverunt contra in preceptis perisitivimere in malis attritos. Isti ergo contra dubitatio rationis spiritus sanctus in hodierna lecture ostendit quod peccat ex ignorantia hominum. non ex iniusticia dei regentis. Et consistit ratio in isto quod de preceptis sanctos suos affligit ad tempus iniuste pro merito pacis gloriosus coronetur et quia ista remuneratione futuram mali non intelligunt ideo contra electos suos regimere reprehendunt. Duo ergo sunt in lecture ista. Nam primo reprobat reproborum ignorantia. Secundo declarat divina iusticia. ibi quoniam. Dicit ergo primo sic. populi autem videtes. et cetera. i. populi videntes iustos tribulari quia multe tribulationes iustorum. in preceptis et non intelligetes primo quod dabit eis in futuro. nec ponetes talia. i. dinas promissiones in futuravit in precordiis. i. in affectuosa noticia. Et est affectuosa noticia si des caritate formata quando homo credit. et illud quod credit amat et operatur. talis ponit in precordiis dicta dei. Precordia enim sicut dicit yfido. xi. ethimo. sunt locavicina cordi quibus res percipitur. Eccl. xxxiii. Precordia fatui quasi rota carri et axis versantilis cogitatus illius. Hec est igitur ignorantia inexcusabilis reproborum qui non intelligunt nec ponunt divinas promissiones in precordiis suis. i. in debita affectione. Osee. iii. Populus non intelligens vapulabit. ergo reprobat peccatorum ignorantia. Consequenter declaratur divina iusticia. ibi quoniam gratia dei est. Et tangit tres effectus divine benivolentie erga nos videlicet gratiam misericordiam et respectum. Gratiam prebet iustis viventibus. secunde ad Corin. sexto. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Et ad Romanos sexto. Gratia deivita eterna mi-

sericordia penitentibus. in preceptis. Misericordia domini plena est terra. et Treno. iii. Misericordia domini quod non sumus corrupti. Et respectum in nocentibus. Luce. p. Quia respexit humilitatem ancille sue. Circa misericordiam dei erga peccatores est. **A** Notandum quod tria damna facit peccatum contra hominem si divina misericordia non obstat: quia peccatum concludit excludit et icludit. Concludit in iudicio. Excludit a regno. et icludit in inferno. Ex opposito misericordia solvit argumentum ne homo in iudicio concludatur. Tollit impedimentum ne homo a regno excludatur. et frangit ligamentum ne homo in inferno icludatur. Argumentum quod facit iusticia contra peccatorem est demonstrativum. sicut furtum inveniunt contra furem et ideo statim iusticia sententiat. sed misericordia sanas suspedit et iudicium sicut princeps superior. Lac. p. Misericordia super exaltat iudicium. et Math. xii. Si sciretis quid est misericordia volo et non sacrificium nunquam denassetis in nocentes. **U** Scdo peccatum excludit hominem a regno sicut leproua excludit a sanorum consortio. scilicet illud impedimentum tollit misericordia gratie iam reserando. Christus dicit Ioh. x. Ego sum ostium. Istud ostium fregit divina misericordia cum baculo crucis cum tanto impetu quod vna pars descendit ad infernum et reliqua usque ad sepulchrum. Dicit iusticia ne virorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Misericordia dicit. Exite in plateas et vicos et pellicite intrare ut ipleat domus mea. Luce. xiii. **T**ertio peccatum icludit in inferno sicut debita detinet hominem in carcere. Amem dico tibi non exibis donec reddas novissimum minutum. Luce. xii. Ecce converso. Misericordia ligamentum solvit redimedo. p. ad Corin. vi. Empti estis precio magno. Iusticia dicit Converterent peccatores in infernum. Misericordia dicit. A porta inferi erue dicitur anima eorum. Quia dicit in libro. Misericordia

dei est in sanctos. potest esse dubitatio in istis. Vtrum in opere dei misericordia iusticia contra ganant. Quod non: quia in iustificatione impietatum apparet misericordia. quia omnia iusticia preponit meritum: sed iustificatione nullum precedit meritum in ipso. **P**ro in opere creationis neutrum invenit: non iusticia: quia illa presupponit meritum non misericordia quia ipsa presupponit misericordiam: sed creatio nihil presupponit. **P**ro parvuli baptisati affligunt infirmitatibus et morte et nulla ibi apparet iusticia quia liberati ab omni peccato non sunt debitores alicuius. **P**ro ne ergo iniuste talia patiuntur. **P**ro non videtur esse iusticia quod unus pro peccato alterius puniat sicut hoc facit deus frequenter sicut pro peccato cayn maledictus est chanaa filius eius. Gen. ix. Et peccato dauid qui populus numeraverat percussus est populus ii. Regum. vlti. pp. Exodi. xii. Aaron et populus peccaverunt in adoratione vituli: sed populus fuit punitus non autem aaron sicut ibi legitur quod deus fuit acceptor personarum. **P**ro ad Roma. xv. Dico ihesum christum fuisse ministrum circumcissionis ad confirmandas promissiones patrum. gentes autem super misericordiam honorare deum ergo in conversione gentium fuit sola misericordia. In conversione iudeorum fuit sola iusticia. **P**ro in perditione nulla est iusticia in reprobatione nulla est misericordia. ergo Antecedens patet ad Roma. ix. cum nodum nati esset priusquam aliquid boni aut mali egissent non ex bonis operibus sed ex vocante dictum est Iacob dilexi et saui autem odio habui. **P**ro iniustum videtur dare meliori plus de malis et minus de bonis. et e converso peiori plus de bonis et minus de malis: sed hoc facit deus distribuendo temporalia. ergo in tali distributione nec est misericordia nec iusticia. **A**d oppositum est ps. Vniuersae viae domini misericordia et ve-

ritas. ¶ Ad questionē dicēdū q̄ mīa et iusticia dupliciter accipiuntur. Primo modo large et communitur. Alio modo stricte et pprie. Large loquēdo mīa dei dicitur volūtas bene faciēdi creature. Iusticia vero dei dicitur cōdecētia sue bonitatis circa creaturā. Et isto modo loquēdi certū est q̄ in omni ope dei mīa et iudiciū non iunguntur quia in omni opere suo facit se cundū cōdecētia sue bonitatis. et volūtatē benefaciēdi sue creature etiā puniēdi reprobos cū eorū punitio bona sit electis et sic iusticia et mīa nullo modo inter se habent oppositionem. ymo sicut docet Anselm⁹ p̄sologio. ii. mīa nascitur de iusticia. quia iustum est deū sic esse bonū ut parcēdo sit bonus sicut narrat Anselm⁹ q̄ fil⁹ stāt q̄ vniuerse vie dñi et mīa et veritas et tamen iustus domin⁹ in oibus viis suis. Secundo accipiuntur mīa et iusticia stricte et pprie et sic mīa dei dicitur volūtatē dei ad subueniēdū miseris preter merita. Iusticia vero dei dicitur volūtatē retribuēdi scdm merita. et cū mereri et demereri nō sit nisi rationalis creature. manifestū est q̄ nō in ope dei ista duo coniunguntur sed tantū in ope retributiōis que fit creature rationali et de lege cōi. ¶ Ad primū in oppositū dicēdū q̄ in iustificatiōe ip̄i p̄cedit motus liberi arbitrii attritiōis pp̄t quā aliqua ratio iusticie vir⁹ q̄ infundat sibi gratiā. Similiter est ibi ratio iusticie ex parte dei q̄ quodā modo debitor efficiat penitētū pp̄t promissionē suā. Vñ glo. sup̄ illud ps. iustificeris in sermōibus tuis et vincas. Deus enī hoc pmisit ut pctōrib⁹ penitentibus veniā largiretur et sic in iustificatiōe ip̄i ex vtraq̄ pte rō iusticie

iuuenit⁹ seu repit⁹. B ¶ Ad scd⁹ p̄ in p̄dicta positōe q̄ in ope creatiōis hec duo inueniuntur large nō stricte. ¶ Ad tertiu⁹ dicēdū q̄ pctōn originale sequitur duplex pena. vna inq̄tū ē infectiū p̄sone videlz carentia diuine visionis. Alia inq̄tū est infectiū nature et scd⁹ hoc ip̄sū sequunt⁹ pene que ex defectu causant⁹ pp̄t ablationē doni originalis iusticie sicut alias dictū fuit modo baptisimus delet penam debitam originali inq̄tū est viciū p̄sone nō autē inq̄tū est viciū nature et ideo baptisimus aufert carētiā visionis dei si paruulus moriat⁹. nō autē aufert penalitates que naturā p̄sequunt⁹ ex defectu suorū p̄cipiorū materialiu⁹ post ablationem pcti originalis: vñ baptisim⁹ soluit a reatu mortis eterne. m̄et tamē sub reatu mortis corpee et aliarū penarū naturā corporis corporaliter cōsequētiū. ¶ Ad quartū respōdet aug. super Iosue. vii. Filii isrl⁹ p̄uaricati sūt. q̄ in penis eterne nūq̄ vnus p̄ alio puniet⁹ sed in penis tp̄alib⁹ quōq̄ vn⁹ p̄ alio punitur triplici ratione. ¶ Primo quia pena eterna nō infligitur alicui pro bono patiens sed ad vindictā culpe sed tp̄alis pena frequenter infligit⁹ pro bono patiens et etiā aliorū ut videat q̄tū peccatū sit fugiēdū vbi p̄ pctō vn⁹ affligitur multitudo et sic fiant homines cauciores cōtra pctōn et videat q̄ vnus quisq̄ sollicit⁹ eē debeat p̄ alio ne peccet ex q̄ p̄ pctō vnus ceteri puniuntur. ¶ Scdō q̄ q̄tū ad corp⁹ vn⁹ hō est rex alteri⁹ vel subdit⁹ sicut fili⁹ p̄ris et fili⁹ dñi. et iō fili⁹ puniet⁹ quōq̄ p̄ pctō p̄ris tēporaliter sicut p̄ pctō dñi. Sed q̄tū ad bonū aie q̄libet gerit p̄sonā suā: sic tali casu p̄ris dñs puniunt⁹ p̄ se. fili⁹ autē et sicut p̄ accidēs inq̄tū res eorū: sic canas

CA. III.

p̄ cayn puniet⁹ est et est sesus. nō leteris tu de filio tuo sic nec ego de te. ¶ Ter tia ratio est scd⁹ Gregoriū q̄ quōq̄ vn⁹ est p̄iceps culpe alteri⁹ sicut quōq̄ pp̄t culpas subditory plati p̄mittit⁹ cadē i pctōn et iō p̄ pctō plati tp̄aliter merito puniuntur sicut dauid peccate puniet⁹ ē populus vt argutū ē. ¶ Ad q̄ntū dicēdū. q̄ aarō fuit puniet⁹ sicut et p̄plus. nō tñ pena manifesta i signū q̄ plati nō debent manifeste puniri sed occulte pp̄t scādālū vitādū. Pena autē dicitur fuisse in ip̄so et in filiis eius q̄ in sacrificio vitule ruffe imūdi efficiebatur sicut p̄ Nūeri. xix. e. ¶ Ad sextū dicēdū q̄ ap̄tus loquitur illo mō loquēdi: q̄ aliq̄s mod⁹ iusticie fuit in cōuersione iudeorum qui non fuit in cōuersione gētū scz impletio p̄missionū factarū patrib⁹ p̄ p̄phetas. fuit tñ vtrobiq̄ cōdecētia diuine bonitatis q̄ vocant⁹ ad p̄miū et sic ē iusticia. Itē insufficientia meritorū fuit in vtriq̄: et sic mīa. ¶ Ad septimū in p̄destinatōe et reprobatiōe vt cōnotat effect⁹ in creatura. bene sūt iusticia et mīa cōiter loquēdo: nō tñ stricte vt in positōe dictū est. ¶ Ad octauū est dicēdū q̄ hoc cedit in p̄fectū bonorū q̄tū ad bonū sp̄iale quod est simpliciter bonū hois. ¶ LEC. LIIII. ¶ Ondenat autē iust⁹ mortuos. viuos. ipios. et iuuet⁹ celeri⁹ p̄summata lōgā vitā iusti. ¶ Postq̄ sp̄ialit⁹ excusant⁹ diuinā iusticiā i hoc q̄ p̄mittat quōq̄ iustos vtuosos et sanctos mori celeriter añ maturā etatē. quod dā naturalit⁹ pp̄t nature defectū q̄ dā violētē p̄ martyriū eis illatū. Hic cōparat breuitatē vite iustorū ad lōgitudinē reproborū. Circa hoc duo facit Primo ostendit q̄ reprobi iudicant⁹ de vita iustorū deap̄iuntur per ignorā

LEC. XLVIII.

tiam Secundo q̄ post mortē puniunt⁹ per penarū tolerantia. Secūda ps̄ ibi. Et erūt post hec. ¶ Circa primū duo facit. Primo ostendit q̄ reprobi ex cōparatione iustorū iudicant⁹ esse punibiles. Scdō q̄ ex p̄secutiōe iustorū excecant⁹ et fiūt derisibiles. Scda pars ibi. Videbūt. Circa primū sic dicit. Condemnat autē iustus mortu⁹. quasi diceret euidenter apparet malicia peccatorū diu viuētiū ex cōparatione ad iustos in iuuentute cōsummatos. Licet enim ad acquisitionē virtutum moralium requiratur multū de t̄p̄e: nō tamē ad deo p̄fecte seruiēdū: q̄a per v̄tutes theologicas deus supplet q̄ min⁹ subest de v̄tutibus acquisit. Et ideo iustus celerius cōsummat⁹. i. iuuenis bonus in breui tempore p̄summat⁹ id est p̄fectus cōdemnat hoc est cōdēnabilem ostendit longā vitā iniusti: quia ex quo iuuenis mortu⁹ fuit p̄fecte iustus et deo accept⁹. patz q̄ vni ip̄i diu viuētēs merito debet dēnari. ¶ Hec est sententia h̄e videlz q̄ mali se nes p̄dēpnantur id ē cōdēpnabiles ostēdūtur: si cōparent⁹ ad bonos iuuenes cito defunctos. ¶ Notādū est hic q̄ i oī republica et cōitate quacūq̄ sūma cura debet esse de iuuetute in bonis opibus instruēda. sicut satis docemur Eccl̄ xxx. sub metaphora de equo idomito Equus enī indomitus euadet durus et fili⁹ remissus euadet preceps. Et ifra. Non des illi potestātē in iuuetute: ne despicias cogitatus illi⁹. curua ceruicem illius in iuuetute. et tonde latera eius dū ifans est. Vult dicere q̄ sicut equus in iuuetute dure vadit et ita libenter in precipitiū: sicut in viā rectā ita iuuenis dimissus volūtati sue nūq̄ portabit suauiter alios in quacūq̄ so-

etate. s; ita libet ruet in uicia: sicut equus indomitus in precipitum. equus autem quous non admittit calcar: non sella. non frenum: nisi ad talia fuerit assuefactus in iuuetute. ita nec adolecens admittet aliquam obedientiam nisi fuerit assuefactus in iuuetute. id dicit aristoteles. ii. ethi. c. ii. Doctrina platonis fuit ista quod oportet duci aliquoties confestim ex iuuenibus quilibet et in quibus gaudere oportet et contristari. et ideo non solum hoc imo oportet quod nutriantur legibus coactiuis. quia iuuenibus opera uirtuosa non sunt secundum se delectabilia. sicut dicit idem philosophus. x. ethi. c. ix. Et ideo sicut ibi concludit necessarium est fieri quaedam regulas pro iuuenibus quibus conpellat ad mores. et cum sint pleni passionibus voluptatum. non possunt addiscere delectari in uirtuosis nisi secundum bonas leges informemur. Quales autem sint conditiones iuuetutis sufficiens narrat aristoteles. ii. rethorice ita dicens. Primo enim concupiscentiis sunt iuuenes et cito concupiscentia persequentes. sed uenera uehementer. Quidam ergo concupiscunt et facilius a concupiscentiis desistunt sunt autem acute voluptatis non magne sicut laborantium sitis et famis. Sunt enim animosi et acute ire et facilius iram suam persequuntur. Amant enim honores et non sustinent despici. Facilius autem ab ira desistunt. Amant etiam honores et uictorias: quam iuuetutem excellentiam concupiscunt. Minus autem his amant pecunias: quoniam inexperti sunt quantum ad indigentiam hominum et maligni non sunt nec cauillosi. et facilius credentes: quam adhuc in multis decepti non sunt et bonae spei sunt. et plurima sperant quoniam in paucis repulsa passi sunt quod propter multa sperant. et quam futurorum est spes. preteritorum uero memoria. iuuenibus autem pauca preterita sunt: plurima autem futura: quam iam quasi uiuere incipiunt propter hoc

facilius decipi possunt: quam facilius sperant et erubescunt sunt. quam in uirtutibus perfecti non sunt. sed solum ipsa cognoscunt quod ipsis a legibus proponuntur: in quibus sepe deficiunt. et magnam uiam sunt quam a nullo ad huc invita humiliati fuerunt. et dignificant semetipsos: quam bone spei sunt. et magis eligunt honorabilia quam uilia. uirtutibus autem magis uiuunt. quam rationatione. uirtus autem est uis honorabilis et ratiocinatio utilis. et amatores amicorum sunt et magis coetaneorum quam eorum qui sunt alterius etatis. Non enim iudicat aliquod ad uile: et ideo de amicis quibusdam nihil curant sed in conuiuio delectantur. et propter hoc si amicos amat coetaneos. et omnia in magis. id est excessiue operantur uita ualde amat: similiter et odit. Cuius autem est quia omnia scire putat et asserunt. et ideo excessiue in omnibus operantur. et iniuste faciunt contra melius aliis irrogando. et inde excellentes uolunt apparere. Et misericordes sunt: quoniam omnes sicut ipsi sunt arbitratu innocentes et iniuste pati. insuper rursus et ludorum amatores sunt. Hec autem. Ex quibus dicit satis patet quod iuuenes castigatione indigent uehementer propter diuersa desideria que contra rationem natura calida causat. dum durat tempus iuuetutis. Unde. ii. ad thimotheum. i. Iuuenilia desideria fuge. Propter quod quod cura animarum habetis istud subdite uestris inculcare debetis quod tam patres carnales quam spirituales instruat filios suos in cultu christi et in preceptis dominicis a. ¶ Notandum est autem quod ad etatem iuuetutis hoc est ad iuuenes uos quoniam uires annos attigistis quadrupliciter uos habere debetis. Est iuuetutis moribus informanda. arcus castiganda. peccata sustentanda. micus iudicanda. Primum igitur iuuentus moribus est informanda. Istud fecerunt antiqui gentiles tripliciter

Scriptum librorum. pictum gestorum et figuris signorum. Nobiles enim antiqui explorauerunt quod meliores fuerunt philosophi et illos suos pueros tam litteris quam moribus imbuendos dederunt. Unde Traianus plutarco. Nero. Seneca Alexander Aristotelem habuerunt magistros. et ne [a talibus magistris] aliquid dissolutionis vel lubricae leuitatis addisceret summe cauebant. Unde boecius in prologo musicae. sic salomon de se dicit Sapientia. viii. Hac amant et exquirunt a iuuetute mea. Itē docuerunt iuuenes picturis gestorum. Unde sicut narrat quaedam expositor super iuuenalē libro. i. Satira. Nobiles romani sic disposuerunt actiones suas per singulos dies. quod summo mane omnes filii petebant uel adibat arcus triumphales in quibus antecessores sui depingebant cum armis et cautelis quibus dimicauerant contra hostes suos sic iuuenes illis uis accederent ad uirtutes per imaginationem gestorum. de inde templum appolinis petebat quod erat deus sapientiae. Postea iudices ad forum et senatores ad capitolium descendeabant. Iudices uero causas tractarent. Senatores uero de utilitate reipublice deliberarent et sic tempus suum usque ad horam nonam expenderunt et ne iuuenes a bonis occupationibus impediti per totum tempus annum nonam horam ordinatum erat quod meretrices per nullo casu per stibula sua egrederentur ante nonam. ne iuuenes a suis informationibus et uiri a consilio reipublice per delectationes libidinosas aliquatenus turbarentur. Et hec est ratio secundum huc quod meretrices nonarie apud romanos vocabantur: quia ad horam nonam licent eis egredi de domibus suis et non ante. Itē docebant iuuenes ad bonos mores figuris signorum. Unde narrat macrobius. i. saturnaliu quod apud romanos pueri nobilibus quaedam uelut uelle quod dicitur pretexta in pu

eri nobiles vocabantur pretextati. habebant enim coram pectore suo bullam quaedam auream habebat figuram cordis humani. Bulla autem fuit semicirculi figure quam medietas sperre ad similitudinem bullarum quod fuit in aqua. pretexta erat de purpura quod est rubei coloris ut pudore sue nobilitatis uicis se subtraheret et cordis imaginem ante pectus portabat ut se iuuetutem ita se fore homines cogitaret si corde presteret. Hec macrobius. Sic quod primo est iuuetus moribus informanda. Ecce. xii. Memeto creatoris tui in diebus iuuetutis tue. ¶ Secundo tu uertus arcus castiganda quia puer. xii. Qui per uirge odit filium suum. Et ecce. xxx. Curua ceruicem eius dum iuuetus est. Aues pullos suos et fere fetus suos frangunt nature sue castigant et domant. Istud figuratum est hely sacerdote quod propter negligentiam castigandi filios per filiorum impudentiam dantur. Unde beda quia fera pietate superat est hely. Ferre delinquentes filios noluit apud districtum iudicem seipsum cum filio crudeli dantur perculsit. Unde uerum est quod uerbis eos aliquoties corripuit sicut per. i. Re. ii. Non est bona igitur hec fama quam audio de uobis sed de his est nimis modicum ad correctores malorum iuuenum sicut per x. ethi. Unde narrat boecius primo de disciplina scolariu de sanguine lucretii filio. ¶ Tertio iuuentus est parca sustentanda in iuuenili etate assuecat sobrietati. Ad Thimotheum. ii. Iuuenes similiter hortare uos sobrii sint. Unde narrat augustinus de bona matrona. ix. confessionum c. viii. quod cura habuit quaedam filiarum nobilium eratque in eis cohercedis cur opus esset facta seueritate uehemens atque in docendo sobria prudenter. Nam eas preter illas horas quibus ad mensam parentum moderatissime alebantur: etiam si exardescerent siti nec aqua bibe-

re sinebat: precariis consuetudine mala et addes verbum sanum. Mo aqua bibitis quia in potestate uinum non habetis cum ad maritos ueneritis facte domine apotecarum aqua sordebit sed mos potandi permanebit. Quarto iuuuetur est malum iudicanda non est enim desperandum si frequenter peccet unum signat petinit psalmus. Delicta iuuetur tuis mee. Ypocras potest talis aphorismus Epileptice quibus ante iuuetur nascuntur immutatioes habent. quibus cum uero dum. xxv. a non fuerit plurimum comoritur vel commouetur. sic igitur est informada iuuetur moribus. et sic fuit scilicet predicator splendor ecclesie sanctus paulus cuius cras conuersione celebrabimur tam in moralibus scientialibus instructus et ad pedes gamaliel doctoris et ideo confidens dixit coram rege agrippa potest. Act. xxvi. Et quod uita mea a iuuetur que ab initio fuit in gente mea in iherosolymis nouerunt omnes iudei presciantes me ab initio si uelint testimonium phibe quoniam secundum certissimam sectam religionis uixi phariseus. Et ueraciter iste presumat est breui expleuit tempora multa discurrendo. docedo disputando. scribendo. ut prescideret scriberet. Et illud. i. ad Thimo. iiii. Bonum certamen certam cursu consummaui fide seruauit de reliqua scripta est mihi corona iusticie quia iam habet in celis: In historia barlaham quibus iohannes damascenus dicitur copulasse referat quod idem barlaham moachus solitarii primo fuit. et postea magister cuiusdam filii regis quod iosophat dicebat a quod idem puer quesuit cuius etatis esset sub his uerbis. Dic mihi igitur per quod quod annorum es. et ubi puerus quia a te nunquam uolo separari. Et ille respondit annorum suorum. xlv. in desertis tres fennarum degens ad quem iosophat amplius mihi apparet per quod lxx. annorum. Et ille si a natiuitate mea omnes annos meos quod

ris discere bene estiaisti. sed nullo modo a me in mensurauitae computat quod quod in uarietate mundi expensis sunt. tunc enim in interiori homine mortuus erant annos mortuorum quod uita nojabo. Similiter fuit ratio illius quod diu uixit in seculo et tantum. xvii. in religione quod etate sua interrogati respondit uixit et iterum querenti quod respondit dum dixit uixit quod quod uixit tibi dixit. Et ideo narrat ualerius marialis li. primo de quodam antonio sene qui computare potuit. xv. o lipiadas. iste ita uirtute uixerat quod cogitare potuit de tota uita suar etate sine displicentia precedentis uicium et ideo contemdas sua felice etate. dicit quod hoc est bene uiuere uidelicet sic uiuere quod ipse possit frui uita priori. Unum dicit sic. ampliat etatis spacium sibi uir beatus. hoc est uiuere bis uita posse priore frui

LECTIO. LV.

Uidebunt enim finem sapientis et non intelliget quod cogitauerit de illo deus et quod quod mument illud dominus Uidebunt enim et contemnent. illos autem dominus irridebit. Per quod spiritus sanctus declarauit quod impium ex comparatione iustorum euidenter iudicantur pumbiles. hic ostendit quod ex persecutioe iustorum excecantur et fiunt derisibiles. Excecavit enim eos malicia eorum. sap. ii. Et circa hoc duo facit. Prius tangit eorum culpa. Secundo subdit eorum pena ibi. illos autem Culpa est duplex. uidelicet ignorantia et malicia. Ignorantia in non intelligendo. malicia in contemnendo. Dicit ergo sic Uidebunt scilicet malis reprobis persecutores iustorum finem sapientis. i. martiris secundum glosam inclinare. et non intelliget propter malicia excecantur. ii. ad cor. iiii. Deus huius seculi excecavit mentes infidelium ut in eis non fulgeat illuminatio euangelii. Deus huius seculi. i. deus uerum quod non solum bonos regit sed etiam malos per me

CA. III.

rito precipitat. secundum abro. uel deus huius seculi quod est princeps huius mundi quod secundum seculum principat sed aug. et ideo ex culpa eorum prouenit quod non intelligunt. ysaievi. Audite audientes et nolite intelligere uisiones uidete et nolite cognoscere. Non igitur intelliget quod cogitauerit de illo sed sapiente deus. i. quod deus presumpsit sibi coronam propter spiritum meroris. Quid autem deus si iustos quod aduersa sustinet cogitet ipse dicit. I. he. xxix. Ego enim scio cogitationes quas cogitatis super uos dicit dominus cogitationes pacis et non afflictionis ut de uobis finem et paciam. Et quod mument illud dominus super non intelliget reprobis quare uidelicet dominus mument martire armis fidei secundum uide glo. ex hoc apparet quod littera debet esse mument et non mument sed Raba nunc sic exposit. Consequenter cum dicit uidebunt enim. Assigta eorum ignorantia. assigta eorum malicia dices. Uidebunt enim mortem sanctorum in presenti et contemnent eos nescientes finem future glorie sic diues presumpsit lazarus et tamen portabat ab angelis in sinu abrahe. Luce. xvi. et sic tangit eorum culpa. Consequenter ibi. illos autem. subdit eorum pena quia dominus illos irridebit. i. dignos irrisione monstrabit in die iudicii generalis puer. i. Ego quod in iterum uro ridebo et subsannabo cum uobis quod timebat aduenerit. Et in psalmus. Qui habitat in celis irridebit eos et dominus subsannabit eos. Ad irrisio proprie fit cum cachinatone oris et buccarum. Sed subsannatio fit cum rugatione nasi. Et sic tunc uult dicit quod deus ostendit reprobos omnes irrisioe dignos. Et hec est sententia littere Uidebunt enim finem sapientis. Sapientis enim sicut dicit yfido. x. ethi mo. Denotat est a sapore quia sicut gustus aptus est ad discernendum saporibus ciborum sic sapientis ad discernendum res et rerum causas

LEC. LV.

eo quod unum quod dinoscatur atque sensu uitalis discernat. Cui contrarium est insipientis. eo quod fit sine sapore nec aliquis discretionis siue sensus. Cum enim nullus sit sapiens a natura sicut dicit ar. vi. ethi. c. viii. circa sapientiam quatuor sunt attendenda uidelicet quis sit motus sapientiam accipiendi. quod signum sapientiam agnoscendi. quod opus sapientiam exercendi. quod fructus sapientiam possidendi. Prius igitur de motu accipiendi sapientiam sciendum quod ipsa non acquiritur sine amore sine labore sine humilitate sine stabilitate. De primo aug. de moribus ecclesie et manicheorum. li. i. c. xxix. Sapientia si non tota uirtutibus concupiscatur iuueniri non potest. adquire queritur amore reuelatur amore in ea permanetur. Sap. viii. Hanc amauit et ex qua sum a iuuentute mea. Unde metrica dicitur. Disce libens et es sapiens et honore frueris Quod fieri quis discere libens et eris. Primo igitur querit amore. Secundo labore. Unde narrat hugo didascalon parte. ii. quod apud ueteres lecticam philosophie quatuor persone supportabant: due in specie iuuenum precedentes et due in specie puellarum sequentes. Iuuenes dicebantur amor et labor. Puelle cura et uigilia. In labore est ut agas. In amore ut proficias. incurauit provideas. in uigilia ut attendas. Unde narrat Ihero. in suo polycrato. li. iiii. quod gentiles ueteres sapientiam quasi omnium deorum principum coluerunt et eius imagines pre foribus omnium templorum depinxerunt et iuxta imaginem eius ista uerba scripserunt. Uisus me genuit. memoria me peperit. sophia me mouit. cant greci. uos sapientiam. ego odi istos homines et ignaua opera et frivolas sententias. Et si est quod dicitur. puer. ii. Si sapientiam inuocaueris et inclinam.

ueris cor tui prudentie. si q̄sieris eā tā
q̄ pecuniā ⁊ sicut thesauros effoderis
illā. tūc intelliges timorē dñi et sciam
dei iuuenies q̄a dñs dat sapiā ⁊ ex ore
eius prudentia. Sapia in scriptura figu
ratur per aurū qd̄ inter metalla p̄sum
dius generat̄ in terra ⁊ cū maiori la
bore effodit̄. ¶ Tertio ad acq̄redā sa
pentiā requirit̄ hūilitas. Vnde aug.
li. iiii. de natura et origine aie ad Vin
centiū in p̄ncipio quātū appet ex dōis
ingeniū que tibi largit̄ est deus. p̄fe
cto sapiēs eris si te nō esse credideris.
atq̄ vt sis ab illo qui facit sapiētes pie
suppliciter istāterq̄ poposceris ⁊ ma
lueris errore nō decipi. q̄ erratiū lau
dibus honorari. Et ideo cū quidā at
qu⁹ de mō discēdi int̄rogaret̄ r̄ndat si
cut recitat Hugo in suo didascalon vbi
prius. Mens hūilis studiū querēdi vi
ta geta scrutiniū tacitū paup̄tas. terra
aliena hec referare solēt m̄tus obscu
ra legēdo. a ¶ De studio ū et hūili
volūtate discēdi q̄ habuit plato scribit
Ihero. ad paulinū p̄sbyterū sub his v̄
bis. Si plato egyptū et architā tarētū
nū eandēq̄ orā ytalie que quodā ma
gna grecia dicebat̄ laboriosissime pa
graunt vt qui athenis m̄gr̄ erat̄ potēs
cuiusq̄ doctrinas achademie gimna
sia p̄sonabat̄ fieret pegrin⁹ atq̄ disci
pulus malēs aliena verecūde discere
q̄ sua ipudēter ingerere. puer. xi. vbi
est hūilitas ibi est sapia. ¶ Quarto re
grit̄ stabilitas ⁊ p̄seuerētia in addiscē
do. vñ antiq̄s p̄hos vsq̄ ad mortē legi
mus studuisse vñ. Valer⁹. li. viii. Car
neades laboriosus ac diuturnus sapie
mles fuit. siquidē expletus. xc. annis
idē illi viuēdi p̄handiq̄ finis fuit. So
crates. xciiii. ānū agēs nobilissimū li
brū scripsit Crisipp⁹. lxxx. āno ex actif

time subtilitativolumē scripsit. Symo
nides. lxxx. āno carmina p̄scripsit de
stabilitate studi archimedis quē nos
mō archimedē dicim⁹ sicut credo. idē
narrat valer⁹ Archimedis quoq̄ fru
ctuosā fuisse idustriā dicerē nisi eadē
illi dedisset vitā et abstulisset. Capit̄ ei
Syracufis marcell⁹. machinatōib⁹ ei⁹
diu ac multū. victoriā suā ihabitā sen
serat eximia tñ hois prudentia delecta
tus vt capiti illi⁹ p̄ceret̄ edixit. pene tā
tū gl̄ie tñ archimede referuato q̄tum
in oppressis firacufis reponēs. ac dum
is oculis antiq̄ in t̄ra defixis formas
describeret militi q̄ p̄dandi grā domū
irruerat extractoq̄ sup̄ caput ei⁹ gla
dio qs̄ nā esset int̄rogabat. p̄p̄t nimia
cupiditate iuestigādū qd̄ q̄rebat nomē
sui iudicare nō potuit. sed p̄tracto ma
nib⁹ puluē: noli inq̄t obsecro istū cir
culū disturbare ac p̄inde quasi negli
gens ipi lictoris obtruncat̄ sanguine
suo lineamēta artis sue p̄fudit: quo ac
cidit vt p̄p̄t illd̄ studiū mō donaret̄ vi
ta. mō spoliaret̄. Eccl. vi. Eilī a iuuetu
te tua accipe doctrinā et vsq̄ ad canos
iuuenies sapiā. B ¶ Sic ergo patet
quid sit mod⁹ sapiā acq̄redī. Scdo vi
dendū est de signo sapiā cognoscēdi.
¶ Vbi notādū q̄ apud stoycos signū
sapie fuit patia Vñ seneca ad Serenū
in li. q̄ sic intitulat̄ q̄ i sapiētē nō cadit
iuria sic dicit. Epicur⁹ ait iurias to
lerabiles eē sapiēti. nos at̄ iurias non
eē nec h̄ nature r̄pugnare nō negam⁹
rē icōmodā eē v̄berari ⁊ ipellit̄ aliquo
mēbro carē: s̄ oia negam⁹ iurias esse
Nō sēfū illis dolorib⁹ subtrahim⁹: sed
nomē iurie qd̄ nō pōt recipi salua vi
tate vñ scd̄ eūdē ibidē. Ista p̄na nō va
let aliq̄s hō facit mibi iuriā. q̄ ego ac
pio iuriā. Ponit ei exēplares istātas

Esto q̄ aliq̄s rem quā de villa mā sur
ripuit in domo mea ponat: ille furto
fecit ego nihil pdidi. Sigs cū vxore su
a tāq̄ aliena cōcūbat adult̄ erit. q̄ms il
la adultera nō sit. Aliq̄s mihi det ve
nenū sed vim suā mixtū cibo pdidit.
sceleri se obligant et si nō nocuit nō
m̄lato ē anus telū oppoitaveste elu
sū ē ⁊ oia scelera ān̄ effectū opis q̄tus
culpe satis est. p̄fecta sūt. Eodē mō li
cet aliquis inferat iniuriā. sapiēs eā nō
recipit. M̄ta ei sūt q̄ iniuriā submo
uē possūt. Scdo q̄ in sapiētē non cadit
cōtumelia sic p̄suad̄. M̄ta enī q̄ vidē
tur cōtumeliē: nō sūt: sed fiūt vicio in
terpretātis. si aliq̄s dicat sibi cōtume
liā fieri ab aliq̄ qui sibi nō assurgit. po
nit ergo tale exemplū. Pueri aliq̄n fe
riūt parētes expuūt i matrē ⁊ lacerāt
⁊ tamē null⁹ dicat eos cōtumeliā itulif
se. et subdit. quē ad modū nos aduer
sus p̄eros habebim⁹: ita se h̄ sapiēs aduer
sus oēs qb⁹ etiā p̄iucterat̄ canicie pu
erilitas iest. Et addit q̄ inter eos ⁊ pu
eros nō ē differētia nisi q̄ i maioribus
errāt. voluptatē secuti nulla rōe regla
ti. Si q̄raf̄ ab eo q̄re sapiens si nō acci
pit iniuriā nec cōtumeliā quare punit q̄
talia sibi vel aliis inferūt. Respōd̄ nō
sevlciat̄ s̄ illos emendat nec tamen
irascit̄. qs̄ medic⁹ frenetico irascit̄. qs̄
feblicitāt̄ a frigida aq̄. phibiti maledi
cta i malā p̄tez accipit. Hūc effectū ad
uersus omnes h̄ sapiens. quem aduē
sus suos egros medicus. Scit sapiens
ōs hos q̄ togati purpuratiq̄ icēdūt. va
lētēs coloratos. s̄ tñ male sanos eē. q̄f
n̄ aliē vid̄ q̄ egros. q̄ et it̄patos: n̄ respi
cit qd̄ hoies turpe iudicēt aut miserū
n̄ ⁊ illd̄ qd̄ p̄p̄s s̄ vt sidera p̄riū mūdo
iter icēdūt. ita hic aduersus opinionē
oīs vadit hec ille. signū q̄ sapie s̄ stoy

cos ē n̄ pati iurias. Vñ boeci⁹. ii. de
p̄fo. p. vii. narrat de qdā q̄ false assūp
sit sibi nomē p̄hi casū istū Accessit qui
dā ⁊ dicit se velle experiri an vere esset
p̄hs si illatas iurias leinē paciēq̄ su
stineret. ille q̄ paulisp̄ paciā assūpsit.
acceptaq̄ p̄tueliavelud isultās. Iā tādē
iq̄t intelligis me eē p̄hm. Cui ille mimi
us mordacit̄. itellexerā iq̄t si tacuisses
q. d. Si tacuisses putassē te p̄hm. n̄ cauit
ga de tua paciā q̄r̄vanā gl̄āz scio quia
p̄hs nō es. Et inde accipit̄ h̄ vulgare p̄
uerbiū Si tacuisses p̄hs fuisses. Eccl.
xx. Hō sapiēs tacebit vsq̄ ad t̄ps: lasci
u⁹ at ⁊ iprudēs n̄ seruabit t̄ps ¶ Tertio
vidēdū ē qd̄ sit op⁹ sapiāz exercēdi
¶ Vbi notādū q̄ p̄ci p̄ue tres sūt act⁹ sa
piēt̄ Informare. reprobare. ⁊ ordiare
Informare mores reprobare errores
⁊ ordiare inferiores Et iō dicit Añ. i. e
lēchor. Est at̄ vt ad vñ sit dicere opus
sciēt̄ n̄ mēiri de qb⁹ nouit ⁊ mēietēz
posse maifestare. Primū p̄tēt ad ifor
matōez Scd̄ ad reprobatōez Dicit eti
am p̄hs. i. metha. q̄ int̄ ea q̄ hoies de
sapiente p̄cipiūt. p̄tē vñ qd̄ ad eū p̄ti
net: ordiare. Et iō i aureo sc̄lo solū sa
piētes gubernabāt. sic dicit Seneca. i. ep̄
xcii. Et ihero. i suo polico li. iiii. Ro
manos p̄cipēs aut duces dū eorū res
publica vigunt n̄ memini illatos exti
tisse. ⁊ nescio quō p̄tigit ex q̄ p̄cipib⁹
lāguivt̄ l̄ras. at mate milicie ifirma
ta ē man⁹ et ipi⁹ p̄ncipat⁹ q̄i p̄cisa ē ra
dix b ¶ Vñ qdā rex rōanorū scri
bēs ep̄lāz cuiā regi frācorū q̄ten⁹ fili
os suos i lris erudiret istā iēserit. Rex
iq̄t illrāt⁹ q̄i asin⁹ corōat⁹. hic ē q̄ karo
l⁹ trāstulit studiū de rōa i parisi⁹. De q̄
d̄ q̄ oēs artes liberales habuit in suo
palatio miro mō depictas. Et de da
und d̄ q̄ hūit sapiām sicut angel⁹ dei

Nulla enī cōitas sine sapiētib⁹ regi po-
test Sapie. vi. Multitudo sapiētū sani-
tas ē orbis terrarū In cui⁹ signū narrat
ysido. li. i. ethi. c. xxvi. q̄ demostenes
orator cōtra philippū regē tali fabula
vsus ē. Cū philipp⁹ atheniēses obfide-
ret postulauit ut sibi decē oratores da-
rēt et tali pacto discederet. Rūdit dēo
stenes lupos aliquādo pastorib⁹ quos
morē dei. quid ad cōtēptū seculi quid
ad cauēdū insidias inimici. quid ad bo
nos effectus nutriēdos. et quid ad pra
ua desideria extingūda valeat. et quid
cor citius p̄ cōpunctionis ardorē accē
dat. quid disciplinā in opere quid hui
litate in cogitatōe. quid obediētiā i p̄
ceptis. quid patientiā i aduersis habe
re doceat. Quid deniq̄ ad augēda bo
na sedulū et ad mala cauēda doceat ef
se circūspectū. Hec hugo. Et ideo Se
neca ep̄lavicesima. docet q̄ causa qua
re scolares nō sūt morigerati partim
ē ex pte doctoris. partim ex parte dis
cipulorū. Aligū iqt p̄cipiētū vicio pec

catur. quivos docent subtiliter dispu
tare et nōvtiliter viuere aliquid discē
tiū qui propositū ad preceptores affe
rūt. non animi excolēdi. sed ingeniuꝝ
vult dicere q̄ hec sola ē intētio scolari
um cōmunit⁹ ingeniuꝝ colere per sciaz
Nō autē aim p̄vutes. Sed talē ordinē
nō tenuit psalmista q̄ dicit. Bonitatez
disciplinā et sciam doce me. Clara ē et
que nūq̄ marcescit sapia. q. d. merito ē
diligēda scriptura sacra. quia clara est
et nō turbida. In ps. Calix me⁹ inebri
ans q̄ preclar⁹ est. Iste enī calix est ita
dulcis q̄ q̄to magis magisq̄ hō gustat
tāto magis delectādo sitit. Eccl. xxiiii
Qui edūt me adhuc esurient et q̄ bi
būt me adhuc sitiēt. Et ideo aie nō cu
riose circa iura mūdi et nō curanti de
dulci claritate scripture diuine dī. Ihe
remie. ii. Quid tibi vis in vis egypti
vt bibas aquā turbidā Egypt⁹ tenebra
iterptat⁹ et significat mūdū. vie mūdi
sūt sollicitudines seculi vī scole legū se
culariū. In iūbis vis bibiē aq̄ turbida
qa scia turbata va per quā mali ad tur
bādū bonos reddūt audaces ¶ S3 op
positū de lege dei dicit. ps. Pax mul
ta diligentib⁹ legē tuā ¶ Clara ē inqt
et q̄ nūq̄ marcescet sapia. Iō solebāt a
tiquitus sapientes coronari lauro In
signū q̄ sicut laurus seruat viriditatez
perpetuam. ita sapientia nunquam a
rescit. Et ideo probat Aristoteles pri
mo posteriorum. q̄ omnis scientia ē
de perpetuis. Et q̄ ius sit ita nobilis ē
tamen inuentu facilis. Vnde subdit.
Facile videtur ab his qui diligūt eam
Sapientie septimo. Optavi et datus ē
michi sensus et inuocavi et venit ad
mē. s. sapientia. Ecce q̄ faciliter. Ia. p̄.
Si quis vestrum indiget sapientia po
stulet a deo qui dat omnibus affluent

et nō iproperat et dabit⁹ ei. vñ pietas.
boni mores. et oīo deuota. sūt vie ad
istā sapiāz acq̄redā vñ Aug. h. i. de mo
rib⁹ monachorū. In sacris diuinit⁹ inspi
ratis neq̄ oēs a qb⁹ q̄rit⁹ docere possūt
neq̄ oēs q̄ q̄rūt discere digni sūt. Sed
ad hoc q̄ vitatis scia doceat⁹ et videat⁹ et
diligētia et pietas adhibēda est. altero
fiet vt sciētes inueniamur altero vt me
reamur. Hec ibi. Non tñ videt⁹ nisi ab
his q̄ diligūt eā. Amati enī oīa sūt fa
cilia rō est qa mēs sine delectatiōe est
ceca. Sapie. ii. Excecauit enī eos mali
cia sua. Et Sopho. f. Ambulāt vt ceci
qa dño peccauerit. Et inuenit⁹ ab his q̄
q̄rūt eā. nō ab ociosis q̄ eā nō requirūt.
Querēda est enī certo loco certo tpe et
certo mō si debeat inueniri. Certo loco
qa in penitētia Iob. xxviii. Nō inueni
tur in tra suauit⁹ viuētū. s3 in tra aspe
riētū. Et iō iuēta est in dan. et socis
ei⁹ q̄ cōtēctēs cibos regiōis legumib⁹
vescebāt. Et iō de eis dī Dan. p̄. Pue
ris at⁹ his de⁹ dedit sciaz et disciplinā in
oī libroz sapia. ¶ Certo tpe q̄ q̄rit⁹ inue
nietis. pulsate et apiet⁹ vobis. ¶ Certo
mō: qa hūilitē. puer. xi. vbi est hūilitas
ibi et sapia. Sap. p̄. In simplicitate cor
dis q̄rite illū Bern. p̄mōe. xxiiii. Si no
lum⁹ q̄rere frustra deū. q̄ram⁹ eū s3
v̄aciter: frequēter et pseuerāter: vt nec
q̄ram⁹ p̄ illo aliud: nec cū illo aliud nec
ab illo ad aliud p̄uertamur. Facili⁹ ē ei
celū et trā trāfere q̄ vt sic q̄rēs nō iue
niat. sic petēs nō accipiat. et sic pulsati
nō apiat⁹ b ¶ Sed in hī est mirabile
q̄ deus queri nō pōt nisi prius inuenia
tur. quia null⁹ eum querit nisi aliquo
modo inuenit⁹. Vñ Ber. de diligēdo
deo. Nemo te dñe querere valet nisi
qui prius inuenit⁹. Vis q̄ inueniri vt

queraris: vis queri vt inueniaris. Hec
Ber. in ps. Letet⁹ cor q̄rētū dñm: q̄ri
te faciē eius semp. Q d̄ exponēs btūs
Aug. dicit sic. Si semp q̄rit⁹. Q n̄ iue
nitur: Forte q̄n faciē ad faciē eū vide
rim⁹ sicuti est. Adhuc q̄red⁹ erit: sine
fine querēdus qa sine fine amandus.
¶ Causa est diuine bonitatis immēsi
tas que videri pōt: p̄prehēdi nō potest
et ideo semp pōt haberi et tñ sp̄ queri.
Vñ Aug. sup̄ Ioh. dicit. Queram⁹ in
ueniēdū: queram⁹ inueniētū: et inueniēdus
querat⁹: occult⁹ est. vt iuēt⁹ q̄rat⁹: imēsi⁹
est. Et licet inueniri possit nō tñ p̄fecte
in hac vita. Cū enī sit vita. non p̄fecte
pōt repiri in regione vmbre mortis.
Vñ aug. p̄tra q̄rētes btitudinē in hac
vita. dicit sic. iiii. p̄f. c. xii. Redite p̄
uaricatores ad corz iherete illi q̄ fecit
vos. State cū eo et stabiles regescite cū
eo et quieti eritis. Qui itis i aspa: quo
itis? Bonū qd̄ amatis ab illo est. S3 q̄
tū ad illū bonū nō est: suauē s3 amarū
erit iuste. qa iuste amat⁹ deo illo qc
qd̄ abs illo est. Quo vultis adhuc am
bulare vias difficiles et laborosas imo
nō est reges. vbi q̄ritis eū q̄rite qd̄ q̄ri
tis: s3 ibi nō est vbi q̄ritis: btāz vita q̄ri
tis in regiōe mortis: nō est illuc. Quo
modo nec vita beata vbi nec vita?

LECTIO. LXXXII.

¶ Reoccupat autē qui se cōcupiscit
vt illis se p̄or ondat q̄ de luce vi
gilauerit ad illā nō laborabit. assidētē
enī illā forib⁹ suis inueniet ¶ Postq̄ spi
ritus sc̄tus facilitatē acq̄redī sapiāz de
clarauit ex duobus. tñ qa habet⁹ si dili
gat⁹: tñ qa apparet si appetat⁹. Hic on
dit illd̄ idē ex tertio videlz qa occurrit
si querat⁹. ¶ Et circa hoc dicit duo. p̄
mo q̄ p̄uenit se amātes. ¶ Sc̄do q̄ af
sociat vigilātes Quātū ad p̄mū dicit sic

Preoccupat at q se cupiscit. i. de ipse qui est sapia increata preoccupat per gratia puenientem eos q effectualit dili gunt illu. ¶ Et inueniri pot s3 pueniri no pot. Sed cōtra videt q nos deū p occupare ⁊ puenire deberem. Quia in Psalmo. Preoccupem facie ei⁹ in pessione. Respōdeo q ibi loquit ps. de iudice futuro et vcturo ad iudiciū cui⁹ facie p occupare debem⁹ p cōfessi onē laudis sue et fraudis nre. Hic aut loquit spūscūs de actu meritorio. In quo ipse nos puenit grā pueniēte sine qua nullū op meritoriu exercere va lemus. Preoccupat ergo q se cōcupi scit vt illis se prior ondat Ber. O dul cis iesu prim⁹ es in accessu et vltimus in recessu. pme Ioh. iiii. In hoc est ca ritas dei nō ga nos dilexerim⁹ deum sed qm ipse prior dilexit nos Et sic pre uenit se amātes. ¶ Scōdo associat vigi lates. Et quātū ad hoc subdit q de luce vigilauerit ad illā etē. Sicut dormire est sensus hie ligatos ita vigilare : est sensus hie solutos et actualit operā tes. Illi g q intellectu et affectu bñ vtū fecerūt pncipia iuris naturalis. vel se cūdū pncipia fidei tales dicim⁹ vigi lates. Sed de luce vigilāt q mane stati a iuuetute in bonis opib⁹ se exercent Eccl. xxxix Iust⁹ cor suū tradit ad vigi lādū diluculo ad dñm qui fecit illum. Et talis qui sic vigilauerit ad sapiam id est deū qui est sapia increata nō la borabit frustra. vel diu. vel nō labora bit. id est modicū laborabit in cōpara tione illius boni quod acquirit. Eccl. li. Modicum laboraui et inueni mihi multā requiē. Et quare nō inuanū la borabit ⁊ Certe quia statim ip⁹ deum inueniet assidentē forib⁹ suis. ¶ a

Fores per quas anima habet accessū ad deum et ad sapientiā veritatis sūt pncipia prima tā practica q speculati ua. Practica sicut hoc facias alii quod tibi vis fieri quod tibi nō vis fieri: al teri ne feceris. Speculatiua sicut alte rū cōtradictoriū dicit de quolibet ⁊ de nullo eorūde ambo simul sicut pa tet. iiii. Metha. Per hec g pncipia tāq per quasdā portas. siue quasdā fores aia hūana habet ingressū ad deum co gnoscēdū et ad sciētā vitatis iuuien dam. Et iō dicit Aristo. ii. methaphi. q theologia id est cōsideratio de vita te partim est facilis et ptim difficilis. Quia quātū ad prima pncipia circa q nō cōtingit errare est facilis. Circa cō clusiones vero ab eis deductas circa q̄s vario modo cōtingit errare est valde difficilis: q̄a prima pncipia sūt sicut fores domoꝝ de qb⁹ puerbialit dicit In forib⁹ qs delinqt. q̄a introit⁹ in do mū defacili cognoscit et nihil q̄a ibi ponit latet Sed interiora dom⁹ latere possūt etiā alias prudentē pntē scruta torē. ¶ Prouerbiorū. vii. Sapiētia in ip̄sis forib⁹ loquit dicēs. O viri ad vos clamito. et vox mea ad filios hoim. Intelligite paruuli astuciar⁹ insipientes ai aduertite. ¶ Sic ergo q de lu. vi. ad sapias nō laborabit. Assidētē enī illas forib⁹ suis inueniet. hoc est sapias crea tā vel increatā inueniet assidentē fo ribus suis. id est manifeste patentem in itellectu pncipiorū: q̄a cognitio exi stendi deū oibus hoibus naturalit est inferta Sicut dicit Damascen⁹ libro. i. caplo. iiii. Et Boeci⁹ de cōsolatōe. libro tertio. p̄sa. ii. Est aut mētib⁹ hoim ve ri boniq̄ naturalit inferta cupiditas. ¶ Ad idem. Tullius libro primo. de

natura deoꝝ. ¶ Infinitas vel poti⁹ ina tas cognitiones habemus Que enim gens aut genus hominū quod nō ha beat sine doctrina anticipationē quā dam deoꝝ quā Epycurus vocat plem s̄m. id est anteceptā aio rei quādā in formationē s̄i q̄ nec intelligit quicq̄ nec queri nec disputari potest. Idē li. ii. Quid potest esse tam apertū tam perspicuū. cum celū suspiciamus cele stia que contemplati sumus q̄ esse ali quod numē pstantissime mentis: quo hec regātur. Sed contra istam videtur esse illd quod scribitur. puer. viii. Be atus homo qui audit me ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie Ergo sapiētia nō statim inuenit assidēs in foribus. Dicendū est q̄ inuenitur statim quātū ad itellectū pncipiorū: et quātū ad noticiā dei generalē. Sed non inuenitur statim perfecte quia qui ali quid nouit plus nosse cupit. Fores ve ro sapientie. in puerbis dicim⁹ docto res per quos habem⁹ ingressū ad sapi entia. Et ad illas fores oportet vigila re quotidie. Eccl. vi. Si videris sensa tum euigila ad illū et gradus ostioꝝ illius exerat pes tuus B ¶ Et notā dum circa materiaꝝ lectionis huius q̄ triplex causa exprimit i scriptura qua re vigilare ⁊ vigilāter nos hie debem⁹ in oibus videlz hostilitas crudelis re bellationis. vtilitas fidelis amministra tionis et debilitas terrestris inhabita tionis. Quātū ad primū homies exi stentes in bello mortali nō possūt sū novacare Nos aut sumus in cōtinuis bellis. In Psalmo Cōculcauerūt me ini mici mei tota die ⁊c. Ergo necesse ha bemus vigilare. Grues sicut dicūt na turales inter se vigilias diuidunt. Et

illa que vigilare debet lapidē tenet in pedibus. vt si illa dormierit lapis ca dens alias excidet et seipfam. Si ergo auis insensata que vigilare tenet. sic sibi puidet cōtra somnū. Multo magis cōtra somnū peccati cautelā continuā adhibere debem⁹. prima Petri q̄nto. F̄res sobrii estote ⁊ vigilate ⁊c. Et bene adiungens p̄mittit sobrietatē vigilie. Nā ebrietatē sequit⁹ necessario mult⁹ somn⁹. Est aut de diabolo isto aduer sario sicut de q̄daz duce Cartagineñ. Refert Sext⁹ Iuli⁹ Frōtin⁹. Strage. libro. ii. caplo. v. quod est de infidiis. Dux iste bellum habuit contra quos dam de affrica qui Cartagineñ. rebel labant. Fuerūt istī de affrica auidi ni mus ad bibendū vinum q̄ intelligens dux vsus est cōtra eos tali cautela. Ac cepit multa dolia vini ⁊ miscuit cū vi no succū cuiusdā herbe que vocat mā dragora. que quidē herba est mirabili ter sōnifera. sicut docz Aristo. primo de somno et vigilia. Facit enim homi nes ita profunde dormire q̄ fiunt in sensibiles. et ideo solet dari hominib⁹ qui sunt propter aliquā infirmitatem curandam secādi vt possint sine dolo re secari. Dolia ergo vini sic infecti di misit iste dux in tentoris suis ⁊ fugit. ad cautelā tentoria derelinquēs: affri ci gaudentes tentoria inuadunt. et in uenientes victualia cum vino in abū dantia comederunt et biberūt de isto vino infecto et statim oēs sic oppressi sunt somno q̄ nullo modo se iuuare potuerūt. hoc explorās dux iste predi ctus de nocte rediit sup eos misos si cut voluit trucidant. ¶ Ista cautela moraliter loquendo vtitur diabol⁹ cō tra homines Vinū quod letificat de-

signat leticiā et lasciuia secularē. Ista leticiā siue iocūditatē mūdi diabolus sic cōmūit succo mādragore id ē de lectatōi luxurie q̄ oēs de eo bibentes fiunt quasi insēbiles. Mandragora enī est herba habēs masculū et femelā et omnia lineamēta corporis hūani in se prefert et ad gnātōis fecūditatē cōfert. Gn̄. xxx. Dicit rachel sorori sue Ite de iacob viro suo. Dormiat tecū hac nocte p̄ mādragora filii tui. Et ideo mādragora voluptatē caris significat. Quia ergo tota mūdāna iocūditas inter homines his dieb⁹ procurāte diabolo qui nos semper cautelose querit debellare de succo voluptatis. ē infecta. ideo homines viciōsi dormiunt peccatis et ad correptionē prelatorū: predicationes doctorū reperuntur insēbiles: vt dicat quilibet illorū illud puer. xxiii. Verberauerunt me et nō dolui. traxerūt me et nō sensi. q̄ euigilabo et rursū via repiā. Nō sic vos carissimi. s; sicut dicit. ii. Cori. vi. In oib⁹ exubeam⁹ nosmetipōs sicut dei ministros. Et infra. In vigiliis in ieiuniis i castitate i scia. Nota tria sciētiā p̄cedētia. vigiliās ieiunia et castitatem. ¶ Secūda cā quare nos i hac vitavigilare debem⁹ est vtilitas fidelis amministratoris. Sū⁹ enī sicut serui vigilātes de nocte et expectātes aduētū dñi de nuptiis redeuntis. nuptie sūt i celo ineffabilis gaudiū de sacrosctā vniōne deitatis infimite ad naturā hūanā. De his nuptiis dñs noster uertur est in die iudicii descēsurus ad mūdū totū iudicādū finaliter. Et ideo. math. xxxiii. Vigilate quia nescitis q̄ hora dñs uertentur⁹ sit. Et Lucē xii. Sint lumbi vestri p̄cincti et lucerne ardentes. Et vos similes hominib⁹ ex

pectatib⁹ dñm suū q̄ reuertatur a munitis. vt cū uenerit et pulsauerit cōfessim apperiat ei. Bt̄ serui illi quos cū uenerit dominus inuenerit vigilantes. Et licet oēs vigilare debeā⁹ maxime tamē prelati quorū cure subditorū anime sūt cōmissē. In cuius signū cū christ⁹ discipulos suos dormientes inuenisset speciali⁹ ceteris increpauit petrū dicēs. Symō dormis: nō potuisti uia horavigilare mecum. ¶ Tertia causa quare in p̄nti moraliter vigilare debem⁹ est debilitas terrestri habitationis. homo qui iaceret in domo riuosa ex omni parte debili et firmul cū hoc sciret q̄ aliq̄s exteri⁹ suffoderet continue muros ad eū occidēdū: non daret se sōno si esset prudēs sed sollertivigilare. Dom⁹ anime est corp⁹ luteū vel terreū. Iob. iii. Habitant dom⁹ luteas et terrenū habēt fūdāmētū: et cōsumuntur velut a tinea. Fossor ē mors qui indefesse nititur perfodere domū nostrā vt fures animā cū pctis si possit vel cū penis debitis pro pctō. Et iō bene dī math. xxxiii. Si sciret p̄familiās qua hora fur ueniret vigilaret utiq̄ et non sineret perfodi domū suā. Sed timēdū ē q̄ ē de nobis sicut de pueris recenter natis. Dicit enī Aristoteles. primo de sōno et uigilia. c. v. Q̄d pueri quādo pariūt dormiūt. et habēt oculos clausos propter cōsuetudinē dormiendi in matrice. Sic ē de multis tādij inoleuit in eis cōsuetudo indulgēdi negligētie pigritie et accidie q̄ vigilare nō possūt. Sed cauendū est a trib⁹ malis passiōib⁹ que accidunt in somnis sicut docet. Arist. libro preallegato. Epyleiā. Ephyaltes et letargia. Epyleiā est cerebri passio faciens hoīem cadere subito et inopinato. Ephyaltes

est passio in sōno faciens hoīem apparere q̄ aliq̄s eū opprimit et nititur suffocare. vñ illis q̄ hnt hanc passionē videtur cōmūit q̄ illavetula icūbat sup eos et nititur suffocare. Letargia ē infirmitas compellēs hominē dormire et dormiendo mori. Morali⁹ iste tres passiones tria vicia generalia significāt q̄bus inoleuit tot⁹ mūd⁹. Supbi nāq̄ et ambiciofi q̄ ad grad⁹ et honores nituntur ascēdere. Epylemtici sūt quia supbia casū habet. Et claudian⁹ in maiori yma tollit in altū vt casu grauiore ruant. Lubrici siue luxuriosi patiuntur ephyalten: quia vetula illa ē caro corrupta p̄ pctū eis superminet et dñatur et depmit eos ne resurgant. Auari vō sūt letargici id est obliuiofi q̄ quanto plura a deo percipiūt. tanto magis obliuiscūt tā sū q̄ dei. Vnde glofa super illud ps. De⁹ de⁹ meus ad te de lucē uigilo. Situit in te aia mea q̄ multipliciter tibi caro mea et c. Ad deū uigilat q̄ uere dei memor est. Ad deū dormit q̄ deū obliuiscitur. Nō sic vos carissimi sicut ceteri. sed uigilem⁹ et sobrii sim⁹ et c. ¶ LEC. LXXXIII

Qogitare ḡ de illa sc̄sus est p̄summat⁹ et q̄ uigilauerit propter illaz cito securus erit. q̄ dignos se ipsa circū querens. et in uis suis ostēdet se illis hilariter et in omī prouidētia occurret illis. ¶ Due sūt cōclusiōes quas sp̄s sanctus intendit p̄ncipaliter in hac pte capitulivsq̄ ad finē de sapientia declarare. Vna ē q̄ i ei⁹ acq̄sitiōe est facilitas. Alia ē q̄ in eius possessiōne ē felicitas. et de istis duob⁹ agit alē natim: nūc declarādo facilitatem sapientiam acq̄rendi. nūc p̄mendādo felicitatē sapientia possidēdi. Cōsequit

aut possessiōne sapientie duplex felicitas uidelz tēporal et etna. et de utraq̄ fit hic descriptio: et nūc de uia nūc de aliaviciōsim. ¶ Diuidit⁹ ergo textus p̄ lectus in duas partes. Nā p̄mo oñdit felicitatē que ē in sapie possessiōe. Secūda ps ibi. Q̄ m̄ dignos Q̄ nantuz ad primā partē dicit q̄ duplicem perfectionē confert homini sapia que cōsistit in uero cultu dei. Nā excludit ab homine q̄tum ad rōalē: errorē falsitatis. q̄tū ad irascibilem timorē aduersitatis. Q̄ uatū ad p̄mū dicit sic. Cogitare de illa. i. de sapientia increata q̄ est cult⁹ ueri dei est sc̄sus cōsumatus. id est sensus ueraciter informat⁹ sine deceptione. Sensus enim multiplici⁹ deceptiuntur. Aliquando propter indispositionē organi. Sicut lingua febricitatis iudicat dulce amarū. Aliq̄n propter indispositionē mediū. Sicut oculus iudicat baculum esse fractum cuius uia medietas est in aere et alia in aqua. a liquādo propter elongationē obiecti. Sic oculus iudicat solē esse pedalis quāti tatis. et sic de aliis. Propt̄ quod sincerā ueritas nō est a se sibi⁹ expetēda fm̄ aug. sc̄do soliloq̄orū. Et ideo iudiciū sc̄sus dicitur imp̄fectum et incōsumatum nisi per rationis sniaz reguletur. In solis ergo sapiētib⁹ qui sensualitati dominat⁹ p̄ ratiōne est sc̄sus cōsumatus. Vñ aug. i. li. de libero arbitrio. c. xviii. Sapiens ē qui regno mētis omni libidinis subugatione semota pacatus est. Et Eccl. xxi. Cōsumatio tioris dei sapia et sc̄sus. Et per opposituz stultorū sc̄sus sp̄s est incōsumatus. q̄ i sensualitate stat. et fm̄ rōez. nō uinuit. et ideo uocat⁹ sup⁹. c. iiii. Rāi incōsumati. Fragē iqt rami incōsumati. Sic ḡ sapientia.

entia excludit ab homine quā ad ratio-
nalem errorē falsitatis. Secūdo exclu-
dit timorē penalitatis. Et quā ad hoc
dicit. Qui vigilauerit propter illā cito se-
cū erit. Cito: quia p̄ mortē q̄ veniet
valde cito hēbit securitatē q̄ ē p̄s potif-
sima b̄titudis. Vñ dicit aug. xiiii. de
trinitate. loq̄ns de futura b̄titudie Oē
qd̄ ibi erit bonū erit. et ip̄e sūm̄ de sū-
mū bonū erit atq̄ ad fruēdū eū amātū
b̄ p̄sto erit et qd̄ ē oīo b̄tissimū. ita sēp
fore certū erit. Quilibet ergo bonus
cito securus erit. Apoc. xxii. Ecce ve-
nio cito et merces mea mecū est red-
dere vnicuiq̄ secundū opera sua. Et a
poc. i. Significauit de⁹ que oportet fi-
eri cito. Et ideo signāter dicit. Qui vi-
gilauerit propter illā cito secur⁹ erit ad
differētiā hoīz lasciuoz q̄ vigilias m̄l-
tas faciūt nō propter cultū dei: sed pro-
pter cultū carnis. quoz qd̄ vigilānt ad
gulam. quidā ad pdā: qdā ad luxuriā
vigilāt. quidā propter gulā et ad suas volu-
ptates explendas. de qb̄ d̄r. Sap. xiiii
Infantie plenas vigilias hātes. Alii vi-
gilāt ad pdā sicut fures latrones et p̄do-
nes. Iob. xxxiiii. Vigilātes ad pdā p̄-
parāt panē liberū agz. n̄ sūnt vineam
eius quā vi oppresserūt vindemiāt
Plaut⁹ i quadā cōedia. Ve ap̄ q̄s vi-
gilia m̄lta i noctē p̄trahūt. Tātū enim
seruis suis devota quā de nocte auferūt
Tertii vigilāt ad luxuriā. Iob. xxiiii.
Oculus adlteri obseruat caliginē dicēs
Nō videbit ocul⁹. Seḡ sc̄da. ps lctō
nis. In q̄ oñdū facilitas sapiāz acgrē-
di ex trib⁹. Ille ei q̄ nos q̄rit et q̄ se nob̄
oñdit et q̄ i oī tpe nob̄ occurrit facilit̄ i
ueniēta nobis. Sed sapia increata q̄ de-
us est sic se habet ad nos q̄ ip̄a circuit
q̄rēs dignos se et in viis suis. i. in p̄ce-
ptis ostēdit se eis hilarit̄. et i oī p̄uidē

tia occurrit illis. Dicit ergo sic. Facile
inuent⁹ quā dignos se ip̄a circuit q̄rens
id est ad modū circueiunt et q̄rēs se ha-
bet q̄a ex oī tēpore dat nobis de⁹ oc-
casione eū cognoscēdi et amādi. Vñ
de aug⁹ q̄rto cōfessionū. c. viii. Celū et
terra et oīa q̄ in eis sūt. Ecce vndiq̄ mi-
hi dicūt vt te amē: nec cessāt dicere oī
b̄ vt sint iexcusabiles. **C**ircūuit
xp̄⁹ q̄rēs nos i terra i aere i inferno Au-
gustin⁹. xi. cōfessio. c. ii. Quēstisti nō q̄
rētes te. quēstisti autē vt queram⁹ te.
Quēstisti nos in terra docēdo. In cru-
ce moriendo. Ac p̄ insignia passionis
sue gloriosa misericorditer ad regna
celestia nos incitādo In infernū descē-
dēdo. vt i viis suis ostendit se illis hi-
larit̄. Vie xp̄i sūt precepta christi. Se-
mite sūt cōsilia. In ps. Vias tuas dñe
demōstra mihi et semitas tuas edoce
mc. Et hoc hilariter. puer. xvi. In hi-
laritate vult⁹ regis vita et demētia ei⁹
quasi imber serotin⁹. Et in omni pro-
uidētia occurrit illis Docet enī Tu-
lius secūdo rethorice q̄ prudētie tres
sunt partes. memoria prouidētia et i-
tellectiua. Mēoria ē p̄ quā ai⁹ repetit
illa que fuerūt. Intellectiua ē per quā
ea prospicit q̄ sūt. Prouidētia per quā
futuri aliquid vidēt̄ anteq̄ fit. Vñ p̄-
uidētia proprio nomine sūpta est p̄ns
notio futurū tractās euētū. In omni
ergo specie prouidētie de⁹ occurrit dili-
gētib⁹ docēs quid eis expedit recorda-
ri quid meditari quid p̄stolari Vult q̄
dicere sp̄s sc̄tus q̄ de⁹ se diligētibus
in oī prouidētia occurrit. i. gratiam tri-
buit non solū bene ordinādi p̄ntia. s̄
etiā prouidēdi de futuris. **V**bi
notād q̄ ad p̄fctū r̄gimē hūane vite q̄
druplex prouidētia ē necessaria: vide-
l̄z legaliū statutorū. tp̄aliū thesaurorū

personalium meritorū et regulariū r̄sfo-
rum. **P**rimā prouidētia tenēt fa-
cere r̄ges: principes: et prelati: iustici-
arii: p̄siliari: et regū ministrū videlicet
leges instituantur iuste q̄ conuenien-
tes cōes tā diuitib⁹ q̄ pauperib⁹ oñdā-
tur. Hec autē prouidētia de thesauro sa-
cre scripture procedere debz. Lex eni-
que obuiat sacre scripture decretis ec-
clesie et bonis morib⁹ nullius debz ef-
se momētū Sicut dicitur i cano. dist. x
Nō licet. Vbi etiā felix papa ad quē-
dā imperatorē sic scribit. Certū est s̄
reb⁹ vestris eē salutare vt cū de causis
dei agiē iuxta ipsius cōstitutū: regia⁹
volūtatez sacerdotib⁹ xp̄i studeat sub-
dē nō p̄ferre. et sacrosctā p̄ eoz p̄sules
pot⁹ discē q̄ docere. eccie formā seq̄ n̄
huic hūanitatē seq̄nda. iura prefigē. ne-
q̄ eius sanxionib⁹ velle dñari. Cui de-
us demētie tue pie deuotōis collavo-
luit submittere. ne dū mēsurā celestis
dispēsatoris excedit: ne eaf̄ in cōtūme-
liā disponēt. A thesauro ergo sacre
sc̄pture sumi debet prouidētia legaliū
statutorū sine quib⁹ impossibile ē pa-
cē in hoīes obseruare. ii. Mach. iiiii.
Videbat enī Onias sine regali prou-
idētia eē impossibile pacē reb⁹ dari.
Secūda prouidētia q̄ ē tēporaliū thesau-
rorū tenēt facere plati ecclesiastici p̄ pau-
perib⁹ sustētandis. Ipi enī sūt sp̄ialit̄
senascali xp̄i q̄ de ip̄i primoio famili-
am suā exhibere tenēt Vñ Bern. de
collogo simonis et iesu. li. iiii. c. v. Res
paupū non pauperib⁹ dare par sacrilegi-
crimē dinoscit Sane primoia sūt pau-
perū facultates ecclesiarū et sacrilega eis
crudelitate subripit̄ q̄qd̄ sibi ministri et
dispēsatores nō vtiq̄ vel possessores vl-
travictū suscipiūt et vestūt. Et. c. iiii.
dicit sic. Dignū est vt qui altario deser-

uit de altario viuat. Viuat iquā de al-
tario: nō superbiat nō luxurie et nō di-
tetur: nō in dericatu diues ex paupe-
re fiat: non ex ignobili gloriofus non
sibi de bois eccie ampla palacia fabri-
cet: nec loculos inde cōgreget nec i va-
nitate nec in superfluitate disperget n̄
extollat de facultatib⁹ eccie p̄sanguine
os suos aut nepotes: ne filias dixerit
nuptū tradat. Cōceditur tibi vt si be-
ne deseruit de altario viuas. Hec ber.
Est ergo pilatus senascal⁹ pauperū fi-
guratus p̄ agelū qui thobiam iuniorē
duxit in regionē medorū et instruxit
quomodo vxorē sibi debuit copulare
et sanū r̄duxit. Cui thobias regratiā
do dicit. Si me ipsū tibi tradā seruū nō
ero condignus prouidētie tue vt dicit
Thobie. ix. Sic certe regratiabitur s̄b-
ditus sanatus per prouidētiā boni
plati ductus per viam penitētie. et re-
ductus ad ciuitatem leticie. Et ideo si-
gnant dicitur prelati i. Petri. quinto
Pascite qui in vobis est gregē dei pro-
uidentes non coacte: s̄z sp̄tānee. Nō
solum autem prelati s̄z omnes habē-
tes substantiā huius mūdi ad aliqualez
huiusmodi prouidētiā obligātur pro
pauperib⁹ sustētandis. **T**ertia prouidētia
est personalium meritorum ad istam
faciendā omēs obligamur quilibet p̄
se ip̄o in nudinis huius vite. Ad Ro.
xii. Nolite esse prudētes ap̄d vos met-
ip̄os nulli malum pro malo reddē-
tes: sed prouidētes bona. nō tātū corā
deo sed corā oīb⁹ homib⁹. prouidētes i-
quit bona videl̄z maxia q̄ sūt virtutes
et bona opera. Ista ei bona h̄nt in se p̄-
ciositatem durabilitatem et vtilitatez
Est enim vna elemosina vel vnū ieu-
niū deuotum magis preciosū corā
deo q̄ totum aurū mundi. vel etiam
t.ii

omnes lapides preciosi Est etiam meritum bonum durable: quia perpetuum si non interrumpatur per peccatum Fatuus valde foret existens in nudinis ubi multa videret venalia preciosa. si tantum sibi panderet de talibus de quibus se sciret spoliandum in recessu suo de nudinis vellet nollet Vita pnis mundine sunt in quibus negociari debemus. Luce. xix. Negociamini dum venio. Fatui ergo sunt qui totam suam predictam faciunt de trenis diuitiis de quibus in morte sunt necessario spoliandi. pime Thimo. vi. Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium: quia nec auferre quod possumus. Et in persona talium dicitur. Sapientia. ix. Cogitationes mortalium timide et incerte predictie nostre. Aduertat etiam quod mundanas diuitias per longum tempus cum laboribus piculis et tedius pro suis filiis et heredibus et nihil adhuc pro seipsum perpetuum procurauerunt quanta fatuitate laborant et accipiant exemplum de Iacob. Gen. xxx. Qui postquam xiiii. annis fuerat Laban dicitur socerum suum. Iustum est ut pundeat aliquando etiam domum meam ex tunc lucro proprio vacauit per se familia sua. Quarta est predicta regularium religiosorum et ad hanc omnes tenemur quilibet per seipsum computum redditur et dicitur rursus et reus coram iudice apparitur diligenter sibi panderet de rursus. In istis casibus erimus omnes in die iudicii. Et ideo de nobis optat deus illud Deuter. xxxii. Vt non saperet et intelligeret ac nouissima panderet. Prouidere est pculvidere sicut dicit boetius. v. de consolatione. Nouissima nostra sunt mors et iudicium pena et pimum Ista nouissima dum pcul sunt prouidere et pordinare debemus et tunc nunquam peccabimus. Ecclesi. vii. In omnibus opibus tuis memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. ¶ LEC. LXXXIII.

Initium enim illius verissima est disciplina concupiscentia. Cura ergo discipline dilectio est et dilectio est custodia legum illius. Custoditio autem legum presumptio est incorruptio. Incorruptio autem faciet proximum esse deo Concupiscentia itaque sapientia deducit ad regnum perpetuum ¶ Postquam declaratum est quod homo per sapientiam produci potest ad felicitatem. Restat declarare que sint media preferenda ista potestate. ¶ Et hoc facit in ista lectione. vnde intentio sua in presentia lectione est ostendere quomodo naturaliter homo ordinatur ad beatitudinem supernaturalis que consistit in vita eterna. pteplado sapientia creatura Humana autem beatitudinis adipiscende radix et initium est hominis inditum ab ipso deo. media vero sunt partim a deo: partim a nobis finis vero vltima a deo supernaturaliter nobis datur. Radix et fundamentum beatitudinis consequente que in diuina persistit notitia est naturale desiderium quod homo habet ad sciendum De quo dicit Aristoteles. p. Metha. quod omnes homines naturaliter scire desiderant. Et illud idem naturale desiderium est initium sapientie: sicut hic dicit spiritus sanctus Initium inquit illius. i. sapientie verissima est discipline concupiscentia. Concupiscentia ei que est a natura est vera non ficta: pseuerans non momentanea: realis non depicta Iste igitur naturalis appetitus deum cognoscendi et amandi. quia deus est primum verum et summum bonum. est primum gradus ascendendi ad felicitatem que est sapientia de futuro beatificans per sapientiam fidei in presentia. ¶ Et notandum quod ista verissima concupiscentia discipline delinquit quodammodo sophiste vel bofi. legiste numerosi: et ideote ociosi. Primum ad discendum ppter apparatus Est enim sophistica sapientia apparatus non existens. et sophista copiosus ab apparatus sapientia et non existens. ¶ Elécor. De quibus. ii. Thimo. iii.

Ducunt variis desideriis sepe discentes et nunquam ad sciendum veritatis puenientes. Secundi addiscunt propter pecuniam De quibus dicit Ouidius. iii. de vetula. Omnes destinant ad ea que dona ministrant quod sciunt pauci discunt. plures ut abundant ditari quod volunt potius quam philosophari. Et ideo secundum eum philosophia exiliu patitur et philosophia pecunia regnat. Et contra istos dicit spiritus sanctus Sapientia. vii. Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem preciosum quonia omne aurum in comparatione illius arena exigua et tantum lumen estumabatur argentum in prospectu illius. Tertii sunt vagni et ociosi et incostantes negligentes ingenium naturale colore per doctrinas et catholicas disciplinas. Contra quolibet tale dicit et scribit apostolus. i. Thimo. iiii. Noli negligere gratiam que est in te. et infra Attende tibi et doctrine et sta in illis ¶ Vltimo ergo radice sapientie que est naturalis concupiscentia discipline. Consequenter ponit media que sunt tria Cura dilectio et custodia. et est talis ordo quod desiderium naturale sciendi causat curam. id est diligentem sollicitudinem addiscendi Cura causat dilectionem dei: quia non est possibile quod homo sit sollicitus ad cognoscendum deum quin si pficiat in cognitione pficiet in dilectione. Dilectio dei causat custodiam legis diuine. Ioh. xiiii. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et p. Io. i. Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. Custodia autem mandatorum dat presumptionem immortalitatis. que immortalitas est ppetua dina. quia deus solus est cui repugnat non esse. g. a primo ad vltimum arguendo concupiscentia sapientie deducet ad regnum perpetuum. Et notandum quod spiritus sanctus vult in ista deductione colore quod dicitur rethorico quocumque a tullio gradatio. ii. rethori. sive vel dimax grece. quia di-

cat beatus Augustinus. iiii. de doctrina christiana. c. vii. Ois eloquentia rethorica in scriptura sacra potest inueniri. Est autem gradatio sive beatitudinis Augustinus. vbi super. c. vii. quando vbi vel sensus alterum ex altero conectunt sicut patet in vbo quod dicit apostolus. ad Romanos. v. vbi dicit. Tribulatio patientiam operatur. patientia autem pbatone. pbatio vero spiritus. spes vero non confundit. Et simile est quod ad Romanos. viii. dicitur Quos pdestinauit. hos vocauit. et quos vocauit. hos et iustificauit. et quos iustificauit. hos et glorificauit. Et est figura siue color pulcherrimum ornamentum sive Gradatio vero sive Tullium diffinitur sic. Gradatio est quoniam antecedens ad presentis verbum descendit aliter quam ad superius ascensum est huiusmodi. Que namque reliqua spes manet libertatis si eis quod libet licet quod licet possunt et quod possunt audent et quod audent faciunt et quod faciunt nobis molestum non est? Sic ei debet doctor ecclesiasticus dicere eloquenter ut doceat delectet et flectet. sicut dicit Augustinus. iiii. de doctrina christiana. c. xii. Docere est necessitas delectare suauitatis. flectere est victorie et potestatis et istud vltimum est finalis intentio doctorum ecclesiasticorum. sicut dicit ibidem Augustinus. c. xiii. sic. Si talia dicuntur que credere vel nosse sufficiat nichil aliud est eis consentire nisi confiteri vera esse. cum vero illud doceat quod agendum est. et ideo doceat ut agatur. frustra psuadet verum esse quod dicitur. frustra placet modus iste qui dicitur si non dicitur ut agatur. Oportet ergo eloquentem esse ecclesiasticum qui suadet aliquid quod agendum est non solum docere ut instruat et delectare ut teneat. sed etiam flectere ut vincatur. Hec Augustinus. Vt ergo gradatione tali genere dicitur spiritus sanctus dicit sic. Cura ergo discipline dilectio est. i. dilectionem operatur. Sicut et reflectio lumen ad t. iii.

speculū cōcām causat ignē naturalē
Ita est moralit̄ qñ ad aiaz hūilē et de-
uotā icidūt radii lumiofi sacre sc̄ptu-
re a xpo qui ē sol iustie deriuati et re-
flectūt idē radii ad deū per timorē et
reuerētā sue incōphēibilitatis. neces-
sario; cā aōr in mēoria tāl mēd̄ z tūc
dilcō ē custodia legū illi⁹. Cū at nichal
maius fit in ptāte q̄ diligere: p̄ q̄ faci-
le ē legē custodire. ad Ro. xiii. Plem-
tudo legis est dilectio Custoditio at le-
gū cōsumatio ē icorruptio. i. pdu-
cit ad icorruptōez hoc ē ad imortali-
tatem. Incorruptō aut facit pximū es-
se deo. i. imortalitas facit nos filios do-
Qua sicut dicit porphir⁹. Mortale
separat nos a diis. Cōcupiscētia itaq̄
sapientie deducit nos ad regnū ppetuū
Qualit̄ aut timor causat i nobis sapi-
entā tā i pñti q̄ i futuro plchre decla-
rat Linconiensis in sermōe quem fe-
cit de pastorib⁹ ita dicens. Sicut cera
mollis fortiter applicata sigillo reci-
pit imitatoriam similitudinem et oīs
formarū z figuraz sigilli isculptarū
plchritudinū Sic aia p amorē copulaz
fortit̄ ad deū applicata: nō equali s; cū
sūma imitatōe recipit similitudinem
ipi⁹ plchritudis incōformitatē. Et cū
apd sūmā plchritudinē nulla desit pl-
chritudo. Ipsa ei dicit. Plchritudo a-
gri mecū est i aia p amorē copulā a sū-
ma plchritudie ipressa nō erit alicui⁹
pulchritudis absentia. s; refulgebit i
illa pulchritudo que ē sup illa imitati-
one Ois vō plchritudo inferior parū si-
bi refulgebit respectu illi⁹ plchritudis
superioris cū ois inferior pulchritudo ref-
gebit in illa. multo ampliori q̄ in infe-
riorib⁹ decorē venustate Et cū idem sit
sūme pulchritudinē forma et sūma
sapia cū aia fuerit pfecta cōformitas

sūme pulchritudinē p hoc sūme sapi-
entie erit. et p cōsequens aia illustrata
sapie pulchritudie vnde et amor q̄ fa-
cit aiaz deiformem facit ipaz sūme sa-
piētie participatōe sapiētez B (Est
ergo plena dilectō totius veritatis ma-
gistra imo amor est ipi⁹ v̄tatis notici-
a. Vñ p os ipi⁹ d̄r. Iohis. xiiii. Para-
clitus autem spūs sc̄tus quem mittet
pater in noie meo: ille docebit vos oia
Nec temoueat aliqñ q̄ multi i via do-
mini ambulat nec tñ est in eis plena
noticiaveritatis. quia sicut dicitur: ma-
gister docere discipulū aliquā artē to-
tā puta rethoricā vel geometriā: cū ta-
mē adhuc versat̄ discipulus circa ar-
tē principū vel mediū nōdum sciens
artis terminū. Sic spūs sc̄tus dicit̄ nos
docere vñ magnā artē: omnē videlz
veritatē: cū tamē adhuc versetur cir-
ca artis p̄mordia. augmētata vero in
nobis dilcōe auget̄ z hui⁹ magne ar-
tis noticia. Cū vero i plebi⁹ in nobis a-
mor vt diligam⁹ deū ex toto corde et
ex tota aia et ex tota mēte vt videlicet
ois pticula cordis cōuersa sit in ipsuz
totalit̄ qd̄ finita hac pegrinatōe erit i
patria: tūc erit visibilis z huius mag-
ne artis cōsumata noticia. Efficit er-
go amor p̄sumatā decoris speciē z sa-
piētie plenitudinē fm modū cōsumā-
tionis q̄ pōt esse i sūpma facie creatu-
re rōal. Hec Linconiensis. Istavero sa-
piētia ē quasi sapida sc̄ia Vñ cōpatur
vino in sacra scriptura. Can. v. Cōme-
di farum cū melle meo: bibi vinum
cum lacte meo. (Dicit autem Alber-
t⁹. iiii. Metheo. tractatu. i. c. x. q̄ vinū
lōge ductū efficit̄ ex motu magis sa-
pidū. q̄ p̄t p̄cussionē et motū partiū
qualescit in eo calor natural̄ et magis
subtilit̄ diriget̄ hūidū. Et eadē est cā q̄

re pēdulū vinū p̄cussū z motū reuertit̄
tur aliquantulū ad statū suū. Vocat
autē pēdulū qd̄ incipit dediare ad cor-
ruptionē vt estio. Moralit̄ vinū lon-
ge ductū ē doctrina sacre sc̄pture que
de celo ad hoies p̄phetas: priarchas:
angelos et ipm dei filiū ē deducta ab
initio vq; mō exagitat̄ z excutit̄ p ex-
positōez igētia Et iō istd̄ vinū ē meli⁹
multo q̄ vinū cuiuscūq; sc̄ie sc̄lar̄ q̄ non
defert̄ nisi de tra ad terrā. Vinū enī
qd̄ crescit in motib⁹ est delicatū z sub-
tilit̄ q̄ illd̄ qd̄ crescit in vallib⁹. Mōs al-
tissim⁹ celū ē et travallis lachrimarū
Et iō vinū sc̄ie sc̄lar̄ rude ē grossū et i-
sapidū. Aliud vō subtile z sapidū. Ca-
viii. Dabo tibi poculū ex vīo cōdito et
multū maloz granatorū

SILECTIO. LXXXV.
I ḡ delectami i sedib⁹ z sceptris
o reges ppli: diligite sapiāz vt i ppetu-
um regnetis. Diligite lumē sapie oēs
q̄ p̄stis pplis. Quāuis sapiā sit singu-
lis necessaria: maxie tñ regib⁹ z prin-
cipib⁹: iudicib⁹ z plat. Et iō istū spēali⁹
sūt monēdi q̄ studiū suū apponāt cir-
ca sapiētiā acgrēdā. Quia ergo i pte p̄-
cedēti det̄minatū ē q̄ nō solū i ei⁹ pos-
sessione est felicitas. imo q̄ in ei⁹ acq-
sitōe est facilitas Iō hic concludit̄ spūs
sc̄tus q̄ i ei⁹ duratōe ē ppetuitas z per-
p̄ns q̄ ipa sit naturalit̄ appetēda. Vñ
i lra ista duo facit. Primo iuitat̄ reges
ad sapiē dilectōez spēalit̄. Scdo q̄ sc̄tūq;
alios p̄fectos vel platos ḡnalit̄. Scda
psibi. Diligite lumē ¶ Circa p̄mū di-
cit sic. O reges ppli si delectami in se-
dib⁹ et sceptris. Si p̄ q̄a sic est de facto
q̄ delectami in honorib⁹ hui⁹ vite q̄s
recipitis a p̄lo p̄t hoc q̄ pplz iudica-
tus z regitis et p̄stat vobis q̄ sedes v̄e
vt scepra n̄ p̄nt hic p̄manere ppetue-

Ergo diligite sapiāz. i. vñ cultū dei vt
i ppetuū regnetis z vestra delectatōez
p̄ntē ad futurā p̄tinuetis. Ap̄c. v. Fe-
cisti nos deo nostro regnū et sacerdo-
tes et regnabi⁹ sup terrā. Et ap̄c. xx.
Erūt sacerdotes dei z xpi eius et reg-
nabūt cū eo mille ānis. Glosa. i. ietnū
Pomē enī millenari⁹ q̄ est limes nu-
meroz p̄ et̄nitate. Hec ergo monitio
dirigit̄ regib⁹ spēalit̄. Scdo monet oēs
alios p̄fectos ḡnalit̄ ita dicens. Diligi-
te lumē sapie omnes q̄ p̄stis populis
p̄cedētib⁹ et ducētib⁹ alios in nocte te-
nebrofa necessariū ē lumē q̄a alias ca-
dēt vel saltē errabūt a via tā ducētes q̄
ducti. Math. xv. Cec⁹ aut̄ si ceco duca-
tū p̄stet ambo in foueā cadūt. Sūt au-
tem plati ductores subitorū p̄cedēt̄
eos i via morū z ideo indiget̄ lumine
sapie z cognitionis sacre sc̄pture. Bō⁹
auriga sic ordinat de equis trahētib⁹
bigam vel currum q̄ si habeat equoz
exocaturā nunq̄ facit eum precedere
quia sic bigam subuerteret et socios
sequentes confunderet. Sed facit euz
post alios supportare bigam et sequi
alios qui possunt videre. Isto modo
vult christus fieri qui est currus israel
et auriga eius. iiii. Regum. xii. Non
placet sibi q̄ carentes lumine sapien-
tie p̄ficiantur. et preponant̄ ad tra-
hendā bigam. ecclesie. Sed tantum
clare videntes. In quibus est noticia fi-
dei et sane doctrine. Et potest dici pre-
latis ecclesie istud verbum. Diligite
lumen sapientie et̄. Lumen sapien-
tie debent esse doctores z scolares sc̄p-
ture sacre. Quibus dicitur. Math. v
Vos estis lux mūdi. q. d. Tales p̄fera-
tis in p̄motionib⁹. Tales diligatis ho-
norando beneficia conferendo z in p̄-
plexitatibus cōsulendo. Sic tamē pau-
t. iiii.

ci faciunt plures enim consilium laycos vel legistas qui theologos vel Canonistas. Et ideo timendum est quod eis accidat sicut accidit Sauli qui tempore necessitatis consilium petiit a Phitonissa et ab ea rursus mortis sue accepit sicut patet per primum. Regum. xxviii. Notandum est quod periculosum est delectari in sedibus et sceptris. Sceptrum secundum Patricium est virga regalis. **S**edes diuina cum throno vel solia: in quibus reges sedere solent. Dicit tamen magister in historiis. quod in secundo atrio templi Salomonis sub porticibus erant tria genera sedilium videlicet Cathedre Exedrez synedre. In cathedris sedebant doctores in gymnasio In synedris sedebant auditores in consistorio. Et dicebantur synedre quasi possessio vel coessus. In exedris sedebant assessores in iudicio cum iudice quando aliquid secretius tractabatur. Et dicebantur exedre quasi assessus. De sedibus etiam diuersitate distinguunt grammatici sic. et sunt versus Ebrardi tales. scilicet Rex solium: doctor cathedram iudexque tribunal. Possidit assessorem sedem presul. proceptor curule. **I**n istis ergo sedibus periculosum est delectari. Tum quia in eis est difficile vitare iugiter impossibile suare stabilitatem. Primo enim patet quod plati et iudices qualescumque cum magna virtute summa difficultate possunt vitare iugiter in iudicando. Tu propter beniuolos supplicatores Tu propter iniustos commiatores qui omnes hi per varia media iudicem fallere moluntur. Apoc. ii. Scio ubi habitas ubi sedes est sathane poterit dici de pueris iudice. Et ideo sicut recitat Helymandus li. xv. Cabises rex adeo seuerus fuit quod quedam iniustus iudicem excoarari fecit et sedem iudicalem pelle sua operari fecit. Et in eadem sede filium iudicis posuit loco patris dicens sibi quod iniquus super caueret iudicium ne simili iudicio

plecteretur de qua narratio formatur tales versus. Sede sedes ista. iudex inflexibilis sta. A manibus refecit munus ab aure proceres. Sit tibi lucerna sedes pellis que paterna. Quia resides natus pro presbitero datus. Iste Cabises fuit filius Cirri regis persarum qui licentiauit iudeos captiuos tempore Esdre reedificata Hierusalem. Et iste Cabises vocatur Nabuchodonosor in historia Iudith. Et Artaxerxes versus Assuerus apud Hester: quem Seneca appellat feliciter furiosum Tante fuit austeritas quod a nativitate sua fingitur furiosus fuisse sicut dicit Lucanus. Secundo impossibile est suare stabilitatem Exemplum de Siro Ecclesiasticus x. Sedes ducum superborum destruxit de se federe fecit mitis pro eis.

LECTIO. LXXXVI.

Quid est autem sapia et quemadmodum scia sit referatur non abscondita a vobis sacramenta dei sed ab initio natiuitatis inuestigabor ponam in luce scientiam illam et non preteriboveritatem neque cum invidia tabescente iter habebom quoniam talis homo non erit princeps sapientie. **Q**uoniam superius determinatum est quod sapia prebet delectationem perpetuam. Et omnis homo naturaliter delectationem appetat. Sicut dicitur vii. Ethicorum. Quia tanta bestie quam homines imo omnia quodammodo delectationem persequuntur: possunt merito glibet querere. Quid sit sapientia lectio hodierna est quantum sufficit obuiare et istam dubitationem excludere. **N**on dicitur. Quid est autem sapientia. Et exponitur ista littera dupliciter. Primo modo allegorice de christo qui est sapia increata. Alio modo litterali de sapia creata. Quatum ad primum modum exponendum posset aliquis dicere. Tu sapientia comedator et christi predicator tu delectaris in cultu sapientie eius dilectione. Nos nescimus quid

CA. VI.

est sapia increata quam tu dicis christum. Respondit autor. Referatur quod sapia et quemadmodum scia sit. id est quemadmodum genita sit eternaliter a patre. In psalmo. Ante luciferum genui te. et temporaliter a matre. Et quis neutra eius generatio valeat enarrari perfecte. poterit triuiter eius natiuitas quantum pro fide sufficit exemplari explanari. Et non abscondita a vobis sacramenta dei videlicet natiuitatem passionem resurrectionem et ascensionem. Sed ab initio natiuitatis christi inuestigabor. Quia isra. c. vii. narrat christi incarnationem. Alio modo exponitur littera ista de sapia creata que est veritas dei cultus. Et quemadmodum scia sit. id est qualiter operari fuerit ab hominibus sapia durante. Et non abscondita a vobis sacramenta dei. id est sacra mysteria quibus deus colitur a deuotis in orationibus. ieiuniis et deuotionibus sed ab initio natiuitatis hominis scilicet quod homo natus in mundo. Inuestigabor quia natiuitatem humanam describit. c. vii. Super quidem et ego mortalis homo. Et ponam in luce sciam eius. id est euidenter faciam sapientiam cognoscere non preteriboveritatem quoniam videlicet in tegete apte eam manifeste. Neque cum invidia tabescente. id est tabescere faciente iter habebom. Tabescere enim id est est quod putrescere vel languescere quoniam talis homo videlicet inuidus non erit princeps sapientie. Inimici enim nunquam participant nec concitant merces suas: sed sapia et invidia inimicantur. Nam sapia illuiat: invidia execat. unde homo inuidus non poterit esse princeps sapientie. Non preteriboveritatem. **H**ic est notandum quod est sermone veritas: veritas operatio: veritas intentionis Veritas sermone requirit quod ita sit sicut dicitur et quod dices si credat esse in re sicut dicit. Nam hi ista sit in re sicut homo dicit si tamen credit aliter esse dicit contra prescientiam est defectus veritatis moralis que requiritur in fine. De ista veritate loquitur

LEC. LXXXVI.

Apostolus ad Ephe. iiii. Deponetes mendaciam: loquimini veritatem unumquodque cum proximo suo quoniam sumus inuicem membra. **S**eda veritas est operatio et consistit in conformitate operis et sermone vel orationis in bono. Et huiusmodi contrarium est fraus dolus et simulatio: per quam aliquis dicit pulchra verba homini et simulat se amicum et tamen occulte eum odit et ponit ei infidias. Contra quales scribitur per Ioh. iiii. Filioli non diligamus verbum neque lingua sed opere veritate. **T**ertium veritas est veritas intentionis et consistit in conformitate intentionis ad opus videlicet opus quod de suo genere est bonum non fiat ex appetitu laudis humane sed ex quocumque vana intentione sed ut honor dei principaliter intendatur. Io. iiii. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. id est in sancta intentione coniuncta cum exteriori operatione. **S**eda notandum quod aliter distingui solet triplex veritas videlicet doctrine iusticie et vite. **V**eritas vite est obseruata legis diuine. **V**eritas doctrine predicatio eiusdem. Veritas iusticie finis iudicis vel testimonium testis per veritatem. Et ista triplex veritas per nullo scandalo est omissa. **V**nde habentur tales versus. Scandala per vitam doctrinam iusticiam. Tu non effugies sunt in reliquis fugienda. **P**ro vita quia homo per nullo scandalo vitando debet peccare mortaliter nec doctor vel predicator debet falsum docere per quocumque scandalum vitando. tacere tamen poterit et debet si ita sit. quod auditores fiant ex sua doctrina deteriores. Nec iterum iudex vel testis aliquo modo ferre debet vel dicere falsum in iudicio pro aliquo scandalo vitando. poterit tamen iudex in casu sententiam differre et testis ad tempus tacere. Et sic poterit intelligi versus qui videtur duobus predictis contrari. Est verum vite doctrine iudicis. Primum spiritus habet duo per

pter scādala lingue. si est vitatē doctne
in casu pp̄t scādalu subicere et iudici
um licet differre. Nullo mō tñ falsuz
vel docere vel iudicare licz p scādalo
quocūq vitando. ¶ Tercio notādū q
vitas est acgrēda cū studio. defēdēda
cū odio et p̄pōnēda cū socio Primovi
tas est ingrēda cū studio. Eccl. ii. Pius
est et misericors deus et remittet in tpe
tribulōnis pctā et p̄tor est oib⁹ in
grentib⁹ se in vitate. ¶ Scdo vitas est
defēdēda cū odio. Quia sm Terētū.
vitas parit odiū: obsequiū parit ami
cos. ¶ Nihilomin⁹ tñ vitas sp̄ pua
let finalit. ii. Esdre. c. ii. Magna est vi
tas et fortior ē oib⁹. vñ paties aduerfi
tatē p defēsiōne vitatis lz possit ad tē
pus opprimi finalit tñ triumphat In cu
ius figura legim⁹ de Iona q mltiplici
ter tribulat⁹ fuit et mirabilit⁹ liberat⁹
Dicebat aut Ionas fili⁹ Amathi. i. fili⁹
vitatis. Nō q pater su⁹ eēt Amathi v̄
ficuocaret sed qa Helias suscita uerat
eū a mortuis et restituerat euz matri
sue q p̄ filio suo resuscitato regr acā
do dicit Helie Nūc in isto cognoui qa
vir dei es tu et v̄bū dñi in ore tuo ve
rū est. iii. Reg. xvii. Et ex illa hora et
deinceps vocat⁹ est Ionas fili⁹ Amathi
ad ē vitatis. Mō sic ē q de nullo hoie
legim⁹ q tot euasit picula sicut Ionas
Primo ei sicut mō dictū ē. ip̄e fuit fili
us vidue sareptene. De q habem⁹. iii.
Re. xvii. ibi scribit⁹ q egrotauit filius
m̄sien m̄ssfamilias z erat lāguor for
tissim⁹ ita vt nō remaneret i eo halit⁹
vñ i inuētute sua mortu⁹ ē z resuscita
tus ab helia. Iste adnltus scūs ppheta
miss⁹ fuit ad p̄dicādū niniuiti Et volēs
fugē i tharsis p mare. Prima sorte ca
dētē s̄r eū eiecit⁹ de nauz p̄iect⁹ i ma
re. Scdo deuorat⁹ a cete Tertiop̄uat⁹

in vētre ceti trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹
Quarto euomit⁹ fuit de ore ceti i ari
dā. Quō aduſt⁹ est feruore tāto solis
q petruit aie sue vt moreret⁹ z ait Me
lius est mihi mori q̄ viuere Sicut patz
Ione. iiii. Ecce quātas aduerſitates tri
bulationes z āgustias sustinuit fili⁹ vi
tatis. In signū q q̄cūq vitatē cōstāter
tenet p̄secutiōes. āgustias z inimiciās
patiet⁹: sed finalit liberabit⁹. Ioh. viii.
Si m̄seritis in sermōe meo veri disci
puli mei eritis z cognoscetis vitatē et
veritas liberabit vos. Sed est vulgare
exēplū q homies se habēt ad veritatē
audiēdā sicut se habēt ad recipiēdum
aquā b̄ndictā qñ sacerdos ic̄ipit aquā
b̄ndictā aspergere: p̄p̄s tot⁹ applaudit z
occurrit approximando ad sacerdotē
deponūt caputaz idināt capitz ma
nus eleuāt vt aquā b̄ndictā recipiant.
S3 si sacerdos sit liberalis de aq̄ sua z
dat eis abūdāter in facie. statū se auer
tūt et fugiūt vel se ab aq̄ defēdūt. Isto
modo cōtingit cōter inē hoies de ve
ritate. Multi enī tā nobiles q̄ simpli
ces cū audiūt de aliq̄ plato vel p̄dicato
re q dicit hoib⁹ veritatē libēter mira
biliter applaudūt talē p̄mēdāt eum
audire desiderāt. Sed si cōtingit q ad
eos declinet et dat eis abūdāter de aq̄
sua b̄ndicta id est arguit ic̄repet z cor
ripiat vicia in qbus iacet statū murmu
rant. faciē auertūt z pctā sua defēdūt
ii. ad Thimo. iiii. A veritate quidē au
ditū auertēt ad fabulas aut p̄uertētur
¶ Tercio veritas ē preponēda socio
qa amico Socrate z amica vitate sc̄m
est phōrare veritatē. Ambob⁹ ei existē
tibus amicis. sc̄m ē phōrare vitatē. Pri
mo Ethi. Dicit ei Andronic⁹ perypo
tetic⁹ q sc̄itas ē q̄ facit fideles z fuātes
ea que sūt ad deū iusta. Hoc aut quidē

est phōrare vitatē amicis imo destrue
re familiaritatē p salute veritatis. Est
etiā adeo necessariū ad bonos mores
q̄ impossibile est sine hoc vitatē cōserua
ri nisi hō p̄ferat vitatē familiarit⁹ suis
posset enī homo adducere falsa testio
nia z falsa media ad defēsiōne amico
rū suoz cōtra vitatē qā rō nō p̄mittit
Maxime aut hoc philosophis p̄gruit
qui sūt p̄fessores sapie que quidē sapi
entia est cogitatio vitatis. Et ideo spe
cialit astringunt⁹ ad defēsiōne vitatis
